



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Pars Quarta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

56 Et Papa est supra jus humanum, quod etiam declarare, immutare, ac illi derogare potest, *clement. ne Romani, in princip. de elect. & Innocent. in cap. 2. in fin. de bigam.*

57 Episcopi † ab omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientius, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, possunt dispensare, concil. Trident. cap. 6. de reform. § 24.

Et de jure communi, ante concil. Tridentin. pluribus aliis casibus, Episcopi dispensare non possunt, de quibus per gloss. 1. in cap. miror. 50. distinct.

In quibus autem possit, vel non possit Episcopus dispensare, tradit Gregor. Sayr. in Thef. cas. cense. cap. 7. eod. lib. 7. & dispensatio ab irregularitate, auctoritate ordinaria hoc modo fieri debet.

58 † Auctoritate. N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa.

Ego dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas contraxisti, vel (si res esset dubia) si contraxisti, ex tali casu (quam confessarius

exprimere debet,) & restituo te ad legitimos actus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Eidem Trinitati laus sit sempiterna, & Domino Nostro Iesu Christo salutis nostræ auctori gloria, cujus gratia, ac benignitate, Beatissimæque ejus Genetricis auxilio ab operis hujus initio, usque in finem adjutus, & illuminatus me reduxi.

Aternus honor sit Quadraginta Laureatis Martyribus, in quorum laudem hæc quadraginta rerum capita (quod numerus, qui honori semper fuit habitus, eidem numero responderet) illorum favore, ac patrocinio, quod apud Deum assidue imploro, favente numine, tandem compilata, & absoluta fuere.

Quæ tamen omnia cuique fideli melius sentienti, ac præcipue censure, & correctioni Sacrosanctæ Romanæ, & Universalis Ecclesiæ, in omnibus, & per omnia supposita, ac subjecta esse volo: in cuius gremio, ac unione, dum vivam, permanere, ac pro ea, si opus esset, sanguinem ipsum fundere constituo, ac testor; cujus auctoritati, atque iudicio inconcusso, animo semper adhæreo, eique me ipsum toto corde committo Laus iterata Deo.

## PARS QUARTA.

### DE EMPHITEVSI ECCLESIASTICA.

#### Cap. I.

#### SUMMARIUM.

1 Transactio cum emphyteuta ecclesiastica, quam ipse possidet, non va-

detur alienatio: potest fieri de bonis ecclesiæ nondum incorporatis, ibidem.

AAAA 3

Secus

- 2 *Secus sine consensu Apostolico de unitis.*
- 3 *Declarat, remissivè.*
- 4 *Actionem qui habet ad rem, ipsam rem habere videtur.*  
*Dominium ecclesia acquirit sine rei traditione, ibidem.*  
*Rector ecclesia non potest renunciare dominio Ecclesia, ibidem*
- 5 *Nec de bonis ecclesia disponere, nec transigere.*
- 6 *Non est ecclesia rerum dominus, sed tantum administrator.*
- 7 *Principes seculares nunquam possunt tollere jus devolutionis in ecclesiam.*  
*Nullam habent jurisdictionem in bonis ecclesia, ibidem.*
- 8 *Emphiteusis est juris gentium contractus.*  
*Non possunt auferre, qua sunt juris gentium, nec contra illud aliquid statuere, ibidem.*
- 9 *Limita.*  
*Ius subditi sui questum, quando Princeps tollere possit, ibidem.*
- 10 *Quoad clericos, & res Ecclesia, habentur Principes, tanquam privata persona.*
- 11 *Suis interim privantur bonis, dum affectant ecclesiastica.*  
*Politici novatores in qua discrimina suos adducant Principes, ibidem.*
- 12 *Alienatio bonorum ecclesia cum auctoritate Pontificis est permessa.*
- 13 *Mobilia ad successores Praelatos spectantia occupantes, suspensionis poenam incurrunt.*  
*Ampliatur etiam in factis ibidem.*
- 14 *Emphiteusis ecclesiastica, quando transeat ad feminam.*
- 15 *Quando secus.*
- 16 *Clausula per se, & heredibus, importat emphiteusim hereditariam.*  
*Ideum, quod num. 15.*
- 17 *Emphiteusis ecclesiastica ad ecclesiam devolvitur sola femina superstite, qua fuerit*
- 18 *Semel exclusa.*
- 19 *Clausula per se, & heredibus quibusunque, & quibus dederit, quidquid operatur in emphiteusi.*
- 20 *Emphiteusi sine culpa emphiteuta, peti potest, ut renovetur.*
- 21 *Secus si sit emphiteusis ecclesiastica.*
- 22 *Emphiteusis ecclesiastica si sit renovanda, quid considerandum.*
- 23 *Emphiteusis ecclesiastica quomodo cum melioramentis ad ecclesiam revertatur.*
- 24 *Verbum liberè in contractu emphiteutico, quid efficiat.*
- 25 *Emphiteuta, quando nec melioramenta, nec jus possessionis possit pretendere.*
- 26 *Successores factum primi emphiteuta uqueunt impugnare.*
- 27 *Melioramentorum exceptio, etiam adversus rei iudicata exceptionem admittitur. Declarat, ibidem.*
- 28 *Limita.*  
*Melioramenta, quando in emphiteusi solvuntur, ibidem.*
- 29 *Contractus à conventionem partium legem accipiunt.*  
*Limitatio eadem, qua, num. 28.*
- 30 *Melioramenta non possunt deduci contra decretum Papa.*
- 31 *Limitatio eadem qua, num. 28.*
- 32 *Caducitas incurritur ob rei emphiteuticæ deteriorationem.*  
*Declarat, ibidem.*

- Emphiteuta non potest incidere arbores fructiferas, ibidem.
- 33 Emphiteutas ut possit expelli, tria copulativè requiruntur.
- 34 Deterioratio, quanta sit arbitrio iudicis indicanda.
- 35 Caducitas incurritur ob rei emphiteutica alienationem; irrequisto domino.
- 36 Declara.
- 37 Locationes ad modicum tempus, quando emphiteusis solemniter requirant.
- 38 Pacta etiam contra jus laicale, emphiteusi apposta, sunt servanda.
- 39 Pactum ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, de jure veteri valet.
- 40 Alienatio bonorum ecclesiasticorum est de Papa reservatis.
- 41 Emphiteuta, quando possint irrequisto domino, bona laicalia emphiteutica alienare.
- 42 Pacta contra jus laicale emphiteusi apposta sunt servanda, modo non sint contra substantiam contractus.
- 43 Laicus est dominus rerum suarum.
- 44 Rector non est reddituum bonorum Ecclesiasticorum dominus.
- 45 Emphiteusis est quadam alienationis species.
- 46 Livellum, locatio perpetua, emphiteusis, & similia sunt synonyma.
- 47 Pactum ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, hodie non valet.
- 48 Rector in casibus permissis potest transigere de bonis ecclesia.
- 49 In emphiteusi ecclesiastica non sunt servanda pacta apposta contra jus laicale.
- 50 Non solvens ecclesia per biennium, etiam non interpellatus expelli potest.
- Dies pro homine interpellat, ibidem.
- Idem si vendat, irrequisito domino, ecclesiasticam emphiteusim, ibidem.
- 51 Iuramenta contra sanctiones ecclesiasticas non sunt servanda.
- 52 Papa omnium bonorum Dominus.
- 53 Declara, num. 49.
- Apposta in alienatione rei ecclesiasticae an, & quando censeatur à Pontifice approbat, ibidem.
- 54 Papam certam scientiam habuisse, quomodo presumatur.
- 55 Clausula ex certa scientia in litteris Apostolicis quid operetur.
- 56 Papa, confirmando actum, perinde roborat, ac si à principio fuisset ab eo factus.
- 57 Quando censeantur à Pontifice non approbata apposta in alienatione rei ecclesiasticae.
- 58 Papa non presumitur confirmare juri repugnantis.
- 59 Pactum, ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, hodie non valet, etiam si à Pontifice legeretur commissum.
- 60 Clausula, si in evidentem, quando in litteris Apostolicis apponatur.
- Littera apostolica super alienatione bonorum Ecclesia, quando subrepsit iudicanda, ibidem.
- 61 Iurisdictione delegata non attenditur, sed uti extraordinaria, restringenda.
- 62 Delegatus formam suae delegationis diligenter servare debet.
- 63 Actus à principio omnino nullus, semper nullus.

- 63 Alienatio facta contra formam extravagantis ambitiosè, est nulla, ibidem.
- 64 Clausula: suppletentes omnes defectus in litteris apostolicis, quid suppleat. Defectus substantiales suppleri non solent, ibidem.
- 65 Consensus rectoris in alienatione bonorum Ecclesie, quando nihil valeat. Confirmatio actus facta à Papa quid efficiat, ibidem.
- 66 Solemnitas, & forma substantialis sunt juris publici.
- 67 Alienatio presumitur facta in fraudem, si fiat in consanguineos.
- 68 Alienationes, antequàm fiant, debent procedere tres tractatus, cum quibus fieri debent.
- 69 Alienatio si fiat sine Apostolica auctoritate, est nulla.
- 70 Etiam si sit juramento vallata.
- 71 Verbum omninò quid declaret.
- 72 Alienatio bonorum ecclesie potest à rectore alienante revocari, etiam juramento interveniente firmata.
- 73 Alienatio bonorum ecclesie fieri potest auctoritate ordinaria de prædijs, parvi momenti.
- 74 Prædia, quæ possint dici parvi momenti.
- 75 Alienatio bonorum ecclesie, nunquam fieri debet, nisi in evidentem ecclesie utilitatem.
- 76 Clausula, & tunc in evidentem ecclesie utilitatem quid operetur.
- 77 Emphiteusis quotuplex sit.
- 78 Emphiteusis non datur, nisi interveniente scriptura.
- 79 Emphiteusis, quot modis concedatur.
- 80 Emphiteusis, quo casu censenda sit laicalis.
- 81 Idem, quod num. 79.
- 82 Paterfamilias accipiens rem suam in emphiteusim ab ecclesia sibi præjudicat.
- 83 Bona laicalia ecclesie data, & à donante in emphiteusim accepta, publicari non possunt.
- 84 Idem, quod num. 79.
- 85 Quando conceditur ad tertiam generationem, qua fieri debeat computatio.
- 86 Idem, quod num. 79.
- 87 Emphiteuta in laicali emphiteusi debet solvere onera pro sua portione.
- 88 Emphiteuta in ecclesiastica emphiteusi non debet solvere onera pro sua portione.
- 89 Idem, quod num. 87.
- 90 Quare emphiteuta in ecclesiastica emphiteusi non debet solvere onera pro sua portione. Statuta laicorum non includunt bona ecclesie emphiteutica penes laicos existentia, ibidem.
- 91 Consuetudo unius provincie non extenditur ad alias.
- 92 Idem, quod num. 90: Quare consuetudo unius provincie non extenditur ad alias, ibidem.
- 93 Declarat.
- 94 Fraudem sacra canones execrantur.
- 95 Bona ecclesie donata præsumuntur libera.
- 96 Immunitas prædij competit & meliori menti.
- 97 Accessorium sequitur naturam sui principalis.
- 98 Quinquagesima quando, & cui ab emphiteuta solvenda.
- 99 Emphiteusis quare concedatur.

- 100 Melioramenta diverso jure non censentur, & quare.
- 101 Privilegium ecclesiis unius civitatis concessum ad construendas ecclesias ostenditur.
- 102 Sixtus V. quos Urbis incolae varijs privilegijis nunciaverit.
- 103 Ecclesia interest, ut ejus bona emphiteutica augeantur.
- 104 Emphiteusis ecclesiastica gaudet immunitate à collectis.
- 105 Et quare.  
Immunitas est realis in bonis ecclesie, ibidem.
- 106 Immunitas transit ad emphiteutam ecclesie.
- 107 Secus in emphiteusi laicali.
- 108 Idem, quod num. 105. & 106.
- 109 Statuta laicorum non possunt super ecclesia bonis disponere.
- 110 Statuta laicorum clericos nunquam ligant, nec ecclesias, etiam si sint aqua, & honesta.
- 111 Bartoli sententia, quod statuta honesta, & aqua possint ligare clericos, non recipitur.
- 112 Quare statuta laicorum, etiam si sint aqua, & honesta, non ligant clericos.
- 113 Principes seculares non debent indirectè contra ecclesiasticam libertatem quid attentare.
- 114 Principes seculares aliquid indirectè attentantes contra ecclesiasticam libertatem incidunt in Bullam Cæne Domini.
- 115 Iudex ecclesiasticus laici judicis negligentiam supplere potest, non contra.
- 116 Declara,
- 117 Misti fori non est prohibitio sationis oriza.
- 118 Clerici, ut in rebus aquis obediant, quod magistratus adeundi, & qui superiores.
- 119 Præsules Ecclesie sunt quibusvis laicis magistratibus majores.
- 120 Oriza satio vicinis populis noxia.
- 121 Homini gratia omnia sunt constituta.
- 122 Homo est dignissima creaturarum.  
Eum Deus ad imaginem suam fundavit. ibidem.
- 123 Homini omnia subijciuntur.  
Homo est omnium rerum forma, ibidem.
- 124 Homini vita est inestimabilis.
- 125 Publica utilitas privata est preferenda.
- 126 Aer gravis cœtum inficit.  
Mortem homini appropereat, ibidem.
- 127 Sordes sunt extra urbem efferenda.
- 128 Pestifera loca ad habitandum eligentes non sunt à peccato immunes.  
Aer impurus ubi est, ibi, & morbofi cives, & pauci, ibidem.
- 129 Regia dignitas, & ignominia in quibus consistant.
- 130 In privilegio, quando etiam non privilegiati includantur.
- 131 Pœnam statuentes laico pro facto clerici in Bullam Cæne Domini incidunt.  
Clerici Principis edicto nunquam ligantur, ibidem.
- 132 Declara.
- 133 Clerici, quamvis legi seculari non subijciantur, subiecti tamen sunt legi naturali.
- 134 Laici carent jurisdictione leges condendi, & edicendi contra clericos.

135 Matrimonia non possunt à laicis prohiberi, ne contrahantur cum personis certi loci.

136 Matrimonialis materia est de iure poli.

Fœmina non amittit lucrum, etiam si contra statum forense nupserit, ibidem.

137 Libertatem ecclesie violentibus divina cœlitus ira resistit.

138 Nisephorii Phoca lex Ecclesia libertati repugnans, fuit abrogata.

139 Aistulphi Longobardorum Regis sacri legi miserandus interitus.

140 Federici secundi Imperatoris semen divino iudicio extinctum.

**V**ERA, communis, & vulgata est conclusio, quod bona ecclesiastica citra Papæ consensum alienari non possint, ex pluribus supra allegatis. Sed dubitatur, an de bonis legitis sine beneplacito ipsius Papæ & solemnitatibus à iure requisitis cum emphiteuta, seu feudatario, ut emphiteuta in illorum possessione remaneat, liberè transigi possit. Et videtur, quod sic, si emphiteuta, vel feudatarius est in possessione, † quia tunc transactio non videtur alienatio, ut tenet *Jaf. in l. iusurandum, quod ex conventionibus, §. populus, numer. 4. ff. de iure iur. & gloss. in l. nulli, ff. de transact.* quæ conclusio procedit, dumtaxat in bonis ecclesiæ donatis, vel legato, vel testamento, seu aliàs relictis, quæ nondum fuerint ecclesiæ incorporata, *Rot. conf. 184. numer. 1. & 2. Rol. conf. 15. numer. 42. volum. 1. Ceph. conf. 375. numer. 30. & 31. vol. 3.* & ita distinguit *Jaf.* post alios quamplures per ipsum pro communi opinione citatos, *in l. legatum, nu. 15. 16. & seq. ff. deleg. 1. idem declarat, & distinguit, Bald. conf. 16. Tiraq. de retract. consang. aut equipol. §. 1. gloss. 14. numer. 14.* *Natta. conf. 44.* ubi asserit, quod doctores, qui pro contraria opinione allegantur, loquuntur † de transactionibus, quæ fiunt cum fratribus mendicantibus, cum quibus id est speciale, vel cum ecclesiarum

rectoribus super bonis nondum ecclesiæ unitis, & incorporatis, non autem super bonis, quorum directum dominium est penes ecclesiam, cui sunt incorporata, super quibus sine consensu Papæ transigi non licet, nisi ecclesia remaneat, aut inducatur in possessionem, ut per gloss. *in d. l. nulli, & ibi Bart. numer. 2. de transact.* idem *Bart. in dict. l. 1. numer. 3. C. si advers. transact.* cum quo transit. *Jaf.* limitando prius per ipsum dicta *in eadem l. iusurandum, quod ex conventionibus, §. pupillus, nu. 4. in fine, ff. de iure iur.* *Natta eodem conf. 44. numer. 3. 12. & 13.* & *Borghin. post plures alios decis. 45. alias 16. in additione, nu. 44. par. 1.*

Nec super decimis valet transactio de decimis facta cum Pralato, seu ecclesiæ rectore, non ligat successorem, per text. *in capitulo veniens*, ubi etiam gloss. *in verb. confirmata*, & *Abbas de transactio. & Caputaq. in decis. 165. par. 1.*

Quæ tanten opinio, quoad bona nondum ecclesiæ unita, nec incorporata, non caret difficultate, ex pluribus contra pro communi opinione per *Alexand. citatis in dict. lege legatum, numer. 2. & 3. ff. de leg. 1.* cuius opinionem puto veriore, præcipuè, uti corroboratam à sacro concilio Tridentino, ut in

capit. 11. de reformat. sess. 22. ibi bona, census & jura, qui enim habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur, l. qui actionem. ff. de regul. jur. & Tiraquell. in tractat. de retract. convent. §. 1. gloss. 1. numer. 48.

4 Idèd † dominium bonorum ecclesiæ, testamento, legato, aut donatione, seu venditione relictorum, & concessorum acquiritur, & transfertur sine traditione, Bart. in l. fin. num. 18. & ibi Bald. numer. 3. Jal. num. 4. & 5. Paul. de Castr. num. 4. C. Sacrosan. Eccl. & Alexand. in l. 1. §. per Procuratorem, nu. 12. ff. de acquirend. possess. Idèd rector ecclesiæ propria auctoritate huic dominio ecclesiæ acquisito minimè renuciare potest, Alexand. dict. n. 2. & 3. & hanc esse communem opinionem testatur Apostill. ad Roman. cons. 384 quem sequitur Cardinalis Tuschus pract. conclus. 6273. nu. 60.

5 Unde ex his inferitur, † quòd legibus civilibus prohiberi minimè potest, ut bona ecclesiastica in emphiteusim laicis concessa, quavis occasione, vel causa ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas devolvantur, quia † si rector ecclesiæ dispondere non potest de bonis ecclesiasticis, nec de illis quidem transigere, sive consensu Pontificis, ut per Nat. Borg. & alios supra citatos ex eo nempè, quia is non probetur verus bonorum Ecclesiasticorum dominus, cum in illis habeat tantum gubernium, & administrationem, c. expedit, c. videntes, c. precipimus, 12. quest. 1. cap. quisquis Episcopus, eodem 12. quest. 2. Ancharan. cons. 1. 16. secundum ordinem, num. 3. Innoc. in cap. cum super, numer. 3. & 4. de cau. poss. & propr. Abb. in repet. cap. cum esset numer. 23. de testam. Dec. in cap. constitutus, 9

num. 25 & 26. de rescript. Navar. in tractat. de redd. cul. monit. 40. numer. 1. & Card. Tusc. pract. conclus. tom. 1. concl. 111. nu. 20 & 3. † Multò minus, Principes seculares dominium directum ecclesiæ, & jus devolutionis, quod pluribus de causis ecclesiis competit, suis legibus, decretis aut statutis restringere possunt, cum in eisdem bonis ecclesiasticis nullam omninò jurisdictionem habeant, nec guberniura, neque administrationem, ut pluribus supra probatur. Et hæc conclusio fuit expressè firmata à sacr. concil. Trident. in 20. c. 11. de refor. sess. 22. & eorum, & infra extra de decim. ubi etiam Abb. num. 2.

8 Præterea, † si principi seculari liceret statuere, ne ecclesia possit prætere prælationem, devolutionem, aut consolidationem decreti dominij, etiam ex defectu lineæ investitorum, neque ex quacunque alia causa, sequeretur, quòd Princeps posset tollere contractus, conventiones, & pacta, quæ sunt de jure gentium, inter quæ est contractus juris gentium annuatus, Staphil: Forcat. Hecyon. jur. dialog. 74. numer. 2. Id enim est absurdum, nam Deus legis Civilis tantum ministerium in laicos exercendum subjecit Principibus, non autem illis subjecit jus gentium, ut post Rolan. à Vall. in cons. 9. numer. 4. & seq. & cons. 25. numer. 40. lib. 3. quem citat. tenet Card. Tusc. pract. conclus. tom. 4. sub rubr. jus gentium, conclus. 191. numer. 1. & tom. 5. conclus. 342. sub rubr. libertas ecclesiastica, numer. 125. & const. Principis, contra jus naturale, vel gentium nihil valet, §. sed naturalia inst. de iur. nat. gen. & Civ. & Boss. in tit. de princip & priv. num. 102.

Nam licet † de plenitudine potestatis possit



possit Princeps tollere jus quæsitum subdito ex causa publicæ utilitatis, Alexand. *conf. 226. num. 17. & 18. lib. 1. & in l. cum hæredes, num. 6. & 7. ff. de acquir. poss. ff. & idem Tusc. post Paris. Rolan à Val. & alios, quos citat eodem tom. §. eadem conclus. num. 126.* tamen constat, etiam, si essemus in subditis, non licere ita ex abrupto tollere jus gentium sine causa publicæ utilitatis, Alexand. *in l. Gallus §. & si quid tantum, num. 23. & ibi Marian. Socia. num. 34. ff. de libr. & posthum.*

10 Sed ex quo ¶ sumus in causa non subditorum, intrat alia conclusio communis, quod nullus princeps, quantumcunque absolutus, potest auferre jus, vel rem non subditam à non subdito, quia Princeps secularis, quoad res, & personas clericorum illi non subditas, dicitur privata persona, ut post Socinum, qui de communi restatur, & alios, quos refert, tradit idem Tuscus *eodem tom. §. & eadem conclus. 242. eodem num. 126. qui ibidem, & in numer. seqq. doct. sissime de hac re scribit, & sentit. Matth. de aff. & super Conf. Neap. de pæn. neg. de poss. rubric. 65. num. 2. & lib. 1.* Nec minus disertè, quàm piè, contrarium super hac re tenentibus, respondet Card. Baron.

11 ¶ Quam enim, inquit, sibi, aliisque magistratibus malè consulant nonnulli novatores politici, qui, ut sibi lucrum, aut Regum, Principumvè suorum gratiam aucupentur, eisdem bona, resque ecclesiarum, vel pietatis, aut necessitatis alicujusvè rei titulo audent subicere. & quàm Deo genus hominum hujusmodi sit inuisum, experientia docet, & res ipsa loquitur. Berengarius abstulit, quæ erant Sancti Julij dono piorum principum collata bo-

na in diocesi Novariensi, & imperium perdidit. Otho, qui restituit illi dæquitum, propagavit ad posteros. Intuit, & voluit in damnum suum, rebus, juribusque ecclesiarum, quid erit utique juxta sapientem? Id, quod fuit, ut, nisi desistant ab hujusmodi sacrilegiis, ipsi à Christo ultore sint omninò suis ipsorum bonis justè privandi, si enim, nec precio licuit absque immenso damno suo Achab Regi accipere vineam Naboth parentum suorum antiquam hæreditatem, ut 3. Reg. cap. 21. licebit impunè Principi Christiano Ecclesiarum antiquitus possessa bona quibusvis coloribus rapere, & excogitatis artibus quibuscunque, ut sæpè vidimus factum, auferre, Nequaquam ista relinquentur inulta: vindex exurget Deus, ut in *Annal. Eccles. 962. §. vidisti lo-ctor tom. 9 pag. 767.*

12 Præmissa autem ¶ in bonis immobilibus procedunt: mobilia, nempe, scamna, cathedræ, mensæ, tabulæ, dolia, & alia suppellectilia de quibus in *cap. 34. numer. 11. tom. 1.* quæ Episcopus tempore adeptionis possessionis sui Episcopatus, ceterique ecclesiarum Prælati in palatiis, & domibus ecclesiarum juxta dispositionem constitutionis Pij V. de qua in *Bullario Romano cap. 44.* dimissa receperunt, gaudent privilegio, quod alienari non possunt, quia, quoad usum, sunt successorum, itaque mortuis Prælatibus, qui dicta mobilia ab ipsis dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dictarum ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reservari, occupant, inter se dividunt, subripiunt, dilapidant, dissipant, & consumunt, remanent tandiu ab officio, & beneficijs quibuscunque.

que suspensæ, donec plene restituerint quicquid de bonis perceperint supradictis, ut c. quia sepe de elect. in 6. Quæ suspensiois pœna incurritur, procedit, & habet etiam locum in omni envelopamento, quod provenit ex jurisdictione, & sigillo curiæ ecclesiasticæ vel secularis, aut aliàs undecunque, quod ad Prælatos, ecclesiis non vacantibus, pertineret, deductis tamen rationabilibus expressis, Clement. statutum eodem titul. ac ubique glossa Doctor. & Cardin. Tolet. in Instruct. Sacerdot. lib. 1. capite 48. numer. 10. & 11. & Concil. Tridentin. capit. 16. de re-form. sess. 24.

14. Frequenter etiam quaritur ꝑ super bonis emphyteuticis mortuo emphyteuto investito, an fœmina ab eo descendens, & extranei succedant. Hoc casu verba investituræ sunt ponderanda, quia, aut investitura antiqua fuit facta cum clausula pro se, & hæredibus, aut pro se, & hæredibus quibuscumque, seu quibus dederit.

Primò casu, aut illa fœmina est hæres universalis investiti, aut particularis; si est hæres universalis, eo quod qualitatem illam hæreditariam habeat emphyteusis, transit ad fœminam, Bero. conf. 93. num. 46. vol. 1. ut per Clar. post alios pro communi opinione citatos in lib. 4. sentent. §. emphyteusis. quest. 83. vers. aut verò: si

15. ꝑ autem non est hæres universalis, eo quod qualitatem illam hæreditariam nõ habeat, emphyteusis ecclesiastica non transit ad fœminas, quia illa clausula pro se, & hæredibus in contractu emphyteutico posita, ubi agitur de bonis ecclesiasticis, excludit fœminas non habentes illam qualitatem hæreditariam, Bart. in l. iusurandum, §. si liberi, num. 6. ff. de oper. liber. Clar.

in dict. §. emphyteusis, quest. 28. vers. hanc etiam numer. 1. & Bero. eodem conf. 93. numer. 21. cuius ea est ratio, quia ꝑ dicta clausula importat emphyteusim hæreditariam, Alexand. conf. 10. numer. 80. & seq. volum. 3. Curt. Jun. conf. 155. Socin. Jun. conf. 58. numer. 10. & 16. volum. 2. Bero. conf. 107. numer. 30. eodem vol. 1. Burs. post plures alios, conf. 92. numer. 23. cum sequent. & Roland. à Vall. conf. 67. numer. 9. volum. 1. Neque sufficit, quod mulier sit dotata, Ruin. conf. 186. num. 11. & 13. volum. 1. Sed tunc res revertitur ad dominum directum, Roland. à Vall. d. conf. 23. numer. 52. & conf. 26. numer. 3. quæ propterea nec tuta conscientia, nec validè per concordiam, aut aliàs preces, vel amoris conjunctione, ut in personam minimè comprehensam transeat, permitti potest.

17. Minusque suffragatur ꝑ quod esset de sanguine ultimi investiti defuncti, quia requiritur, quod sit hæres universalis, & in universum jus succedat, Paris. conf. 20. numer. 28. conf. 16. num. 14. conf. 23. num. 189. cum seq. vol. 1. Alexand. dicto conf. 10. num. 8. & sequent. Menoch. conf. 194. numer. 1. 2. & 3. volum. 2. Natt. conf. 159. numer. 21. vol. 1. Roll. à Vall. dict. conf. 23. num. 44. & seq. vol. 1.

18. Præterea ꝑ quando mulier à masculo fuit exclusa, semper remanet exclusa, itaque moriente ultimo emphyteuta sine filiis, superstiti filii prioris emphyteutæ semel exclusi, emphyteusis dicitur ad ecclesiastiam devoluta, cap. 1. §. quia etiam, & ibi Ifern. Bald. num. 3. & Præp. tit. Episc. vel Abb. idem Bald. in cap. 1. numer. 2. de fil. nat. & matr. ad Morg. & Odofred. in summ. qui poss. succed. in seu & Bero. qui testatur,

Bbbb 3. hanc

hanc esset magis communem, *conf. 105. 21* ferè per totum vol. 1.

19 Secundo ¶ si emphiteusis legatur pro se, & hæredibus quibuscunque, aut quibus dederit, admittantur fœminæ descendentes, & etiam quæcunque personæ extraneæ, dummodo habeant illam qualitatem hæreditariam, quòd sint hæredes, Bald in l. cum virum. num. 2. C. de fidei commiss. & hanc esse communem opinionem testatur Soc. inter *conf. feud. | Brun. conf. 10. num. 11. Curt. Jun. conf. 183. nu. 6. Cravett. conf. 256. n. 8. vers. his tamen*, Bero *conf. 107. n. 4. eod. vol. 1.* & post plures alios, per ipsum citatos hanc opi- 22  
nionem, tanquam magis communem observari in practica testatur, Iul. Clar. in lib. 4. sentent. §. feudum, *quest. 9. n. 1* & in terminis in §. emphiteusis, *q. 28. vers. secundus est casus eod. lib. 4.*

Emphiteusis finita ¶ sine culpa emphi- 20  
teuta, ut puta cursu temporis limitati, aut finita generatione, ut quando emphiteu- 23  
sis conceditur ad primam, secundam, tertiam, vel ulteriorem generationem, quaeritur, an possit ipsemet emphiteuta, si vivit, vel eius filii, aut alii descendentes petere à domino directo, ut emphiteusim in eorum personam confirmet, aut renovationem concedat, ut post Rom. *conf. 22. n. 5. Dec. conf. 328. n. 3. vers. quibus tamen*, Alexand. *conf. 80. n. 20. lib. 1. Ruin. conf. 11. n. 18. lib. 1.* Affirmativam tueretur Iul. Clar. sent. eo. lib. 4. §. emphiteusis, *quest. 43. in princ.* eamque opinionem procedere, & habere locum, etiam in emphiteusi ecclesiastica, post Gozad. *conf. 86. num. 14.* & alios, quos ibidem citat, testatur idem Clar. in eadem *quest. vers. sed quæro*, Quam opinionem puto, veram de jure communi

antiquo, illud tamen ¶ fuit reformatum per extravagantem *ambrosiè, de reb. ecclis. non alien.* quæ ubique est usu recepta, ut testatur Bero, in *conf. 92. num. 30. vol. 1.* Quidquid obiter in contrarium prius tetigerit, in *conf. 32. n. 6. & conf. 83. n. 23. eod. lib.* & idem, quòd sit usu recepta, tenuit in *conf. 8. num. 40. & seq. vol. 3.* & Benint. in *decis Bonon. 13. n. 9.* quæ extravagans facit jus commune, ut formavit Rota Peregr. *decis 226 in vna Romana causa med. lib. 2.* quam sequitur Cæsar, de Graff. *decis. 155. aliàs 4. in fine de reb. ecclis. non alien.*

¶ Et quocunque casu cum evidenti Ecclesie utilitate, inspecto tempore renovationis, non autem antiqui canonis, ut per Oaded, *conf. 51. numer. 59. usque in fin. vol. 1.* Cæsar, de Graff. *d. decis. 135. aliàs 4. num. 1. de reb. ecclis. non alien.* & alios in *cap. 15. num. 3. vers. & nunc. tom. 1. citatos.*

Præmissa autem procedunt ¶ ex forma antiquarum concessionum, secus si aliter constet de mente Papæ concedentis, aut quando Papa apponit clausulam: volumus autem & Apostolica auctoritate pariter decernimus, quòd finita tertia generatione, aut alio tempore in litteris Apostolicis expresso, omnia bona prædicta sublocatione hujusmodi comprehensa cum iuribus, & pertinentiis suis universis, necnon quibusvis melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis ad dictam ecclesiam pleno jure, & omnino revertantur, illique liberè cedant, absque eo quòd renovatio locationis hujusmodi quovis prætextu, vel causa ab aliquo peti, vel prætendi possit. Aut alia apponatur æquipollens clausula, ut à tempore Pij Papæ V. fe.

V. ferè in omnibus locationibus ad tertiam generationem, aut aliud limitatum tempus factis, fuit apposta, quia eo casu agnati aut descendentes, vel hæredes scripti renovationem investituræ prætere minime possunt, Illud enim ꝑ verbum liberè tribuit absolutam auctoritatem, omnemque contradictionem, & impedimentum removet, ut per Dec. in cap. quæ in ecclesiarum, n. 2. de consue. & in cons. 131. in princ. Roland à Vall. post alios per ipsum citatos, in cons. 42. numer. 18. & seq. & Cravet, cons. 130. numer. 10.

25 Sed ꝑ neque melioramentorum solutionem, aut restitutionem, aut retentionem possessionis ratione huiusmodi melioramentorum prætere possunt, quidquid contrarium de jure communi post Bart. & alios tenuerit Ias. in l. 2. numer. 16; C. de jur. emphit. Bero cons. 91. numer. 13. & cons. 98. numer. 12. 13. & 14. vol. 1. quoniam ex decreto Papæ statim, quod melioramenta fiunt ipsi prædio, & ecclesijs, sunt ad ecclesiæ ejusdem utilitatem incorporata ex mente ipsius Papæ, à qua non est recedendum, Quia, cum Papa consentiat dictæ locationi, illamque confirmet sub illo decreto, & conditione, quod melioramenta quæcunque cedant ecclesiæ, & primò investitus sub eodem decreto illam acceptaverit, ꝑ locatione cuius temporis finita, non possunt successores in locatione minime comprehensi, factum primò investiti impugnare, Bald. in tit. qui succ. feud. numer. 1. super feud.

Regulariter autem ꝑ exceptio melioramentorum etiam adversus rei judicatæ executionem admittitur, ut per Cravet,

cons. 148. numer. 2. lib. 1. & decis. March. 63. numer. 13. dummodò post rem judicatam sint liquida, secus autem, si non sunt liquida; quia tunc, data cautione de illis solvendis conceditur executio, Puteus decis. 471. lib. 2. numer. 4. & 5.

28 Fallit tamen pluribus casibus, ꝑ & primò, quando bona emphiteutica ad ecclesiam devoluntur ob canonem non solum, & sic culpa emphiteutæ; quia tunc melioramenta non restituntur, sed cum bonis emphiteuticis consolidantur, ut ut per Corbul. de caus. privat. ob Can. non solut. ampliat. 36. Surd. decis. 300. numer. 20. decis. 307. numer. 16. & Clar. in §. emphiteusis, quæst. 45, in princ. lib. 4.

29 Secundò fallit, ꝑ quando in instrumento locationis fuit appositum pactum, seu in litteris Apostolicis conditio expressa, quod in casu devolutionis bona una cura melioramentis ad ecclesiam devolvantur, quia tunc melioramenta non deducuntur, cum contractus à conventionione partium legem accipiant, l. iurisgentium, §. Prætor ait, & ibi Alex. n. i. ff. de pact. & pari modo, quando per ꝑ decretum prohibetur melioramentorum deductio, quia contra decretum Papæ melioramenta deduci non possunt. cap. 2. & ibi gloss. in ver. Principi, & Abb. in princ. de major. & obed. & Bero. cons. 92. numer. 20. eod. vol. 1.

31 Tertiò, ꝑ quando emphiteuta in re emphiteutica malè versatus fuit, illam dilapidando, vel deteriorando contra pactum, & contra naturam contractus de meliorando, & non deteriorando, quia tunc melioramenta, si quæ facta reperiantur, in ecclesiæ utilitatem cedunt, Bald. in l.

fin

- fin. §. fin. numer. 6. C. com. de leg. & Iul. Clar. lib. 4. sentent. §. emphiteusis dicta q. 32. 45. in princ. & idem ¶ non potest emphiteuta incidere arbores fructiferas, ut inquit Bart. in l. divortio, §. si fundum, num. 3. & ibi Bald. & Ias. numer. 4. ff. solut. matr. 36 & propter deteriorationem incurritur caducitas, quando deterioratio est notabilis, secus si esset modica, vel minima, ut inquit Iul. Clar. in dict. §. emphiteusis, q. 26. & hanc opinionem esse communem testatur Ias. dict. numer. 4. nam si sit modica, emphiteuta potest solum compelli ad refundendum interesse, nec datur rescissio contractus, Gratian. decis. 162. num. 5. post alios ibid. alleg.
- 33 Quinimo, ¶ ut ille, qui malè vitur re emphiteutica expelli possit, tria copulativè requiruntur.
- Primo, quòd sit deterioratio notabilis quantitatis.
- Secundo, quòd sit ad perpetuam deteriorationem fundi.
- Tertio, quòd deterioratio procedat dolo, lata culpa, vel levi, Bald. in auth. qui rem. num. 3. C. de sacros. eccles. Ias. in l. 2. num. 98. vers. dicit tamen, C. de jur. emphit. Ioseph. Ludou. in decis. verus. 22. num. 21. & seq. post plures alios Corb. de cau. ex quibus emphit. priv. sub tit. de caus. privat. ob rei deterior. num. 24. & Gratian. dicta decis. 164. num. 6.
- 34 Deterioratio ¶ autem an sit parva, vel magna, arbitrio Iudicis relinquatur secundum qualitatem rerum, & personarum, Bald. in l. adem, num. 14. C. locat. Menoch. de arbitr. lud. cent. 1. lib. 2. cas. 28. numer. 7. & post alios idem Corb. eod. num. 24.
- 35 Quarto, ¶ si emphiteuta alienat rem emphiteuticam irrequisito domino, ut l. fin. ubi etiam gloss. in ver. cadat circa prin. C. de jur. emphit. & per Ias. post alios ibid. num. 103. cum seq.
- 36 Sed, ¶ ut emphiteuta cadat ab emphiteusi non sufficit, quòd contractus alienationis irrequisito domino sit celebratus, sed requiritur, quòd facta alienatione, subsecuta sit ipsius rei emphiteuticæ traditio, & ita communiter teneri testatur Imol. in cap. potuit, num. 49. in fin. de locat. Specul. de locat. & emphit. §. nunc. aliquantum. 118. lib. 4. par. 3. hancque opinionem esse communem testatur etiam Alex. in l. si à mè, n. 4. vers. 2. limitari. ff. ad l. falcid. & Ias. in dicta l. fin. num. 132. C. de jur. emphit.
- 37 Locatione ¶ facta de triennio in triennium ad novem annos, vel de novennio in novennium ad 27. annos, vel in aliud longum tempus, ita quòd tot locationes factæ esse censeantur, & incipere debeant in principio cujuslibet triennii, vel novennii, usque ad finem præfiniti temporis quæri solet, an eadem, quæ in locationibus emphiteuticis, requirantur. Ad quòd affirmativè responderetur, quia sine causa, & evidenti utilitate, ac solemnitatibus requisitis non valet cap. 1. & ibi gloss. in ver. tractatus, & Docto. de reb. eccles. non alien. in 6. Paul. de Cast. in conf. 40. vol. 1. qui de communi opinionione testatur, Alex. conf. 104. num. 4. & seq. lib. 3. Riminal Iua. conf. 233. num. 67. etiam vol. 3. Rod. de reb. eccles. non alienan. numer. 5. 6. & 11. pag. 146. & post plures alios per ipsum citatos, Borgn. decis. 43. aliis 14. numer. 9. par. 1. & benè Const. in tract. de sac. sci. & ignor. Geo.

- Centur. 1, distinctione 67, n. 16. ubi subdit quod faciens huiusmodi locationem domino inconsulto cadit æquè, ac si alienasset, numero 18, & Alexander *conf.* 164, vol. 2.
- 38 Emphiteuta ¶ inivit pactum cum domino directo, quod non possit expelli, etiam, si nunquam solveret canonem, aliaque plura facta fecit contra communes juris regulas. Quæritur an dicta pacta, & conventiones valeant, & primò est præsupponendum, quod duplex sit emphiteusis, nempe ecclesiastica & laicalis. Conventio autem cum domino temporali de emphiteusi seculari facta, quod propter canonis solutionem nunquam devolvantur, nec emphiteuta expelli possit, valet, quia pacta sunt servanda, l. pen. C. de pact. in term. gloss. in l. 2. ver. expellere, vers. respò deo, & ibi Ias. post alios, qui testatur dictam gloss. communiter esse receptam, C. de jur. emphit. num. 118, Specul. de loc. & emphit. §. nunc aliqua, num. 112.
- 39 Pactum etiam ¶ inter Rectorem ecclesie, & laicum, in instrumento emphiteutico appositum, quod res emphiteutica non incidat in commissum arguendo à Fisco ad ecclesiam, valere, & esse servandum tenet Bart. in l. fundi, num. 2, C. de fund. patr. lib. II. quem sequitur Ias. d. l. 2. num. 119.
- 40 Sed alienatio ¶ bonorum ecclesiasticorum est de Papæ reservatis per d. extravag. ambitiosè de reb. Eccl. non alien. cap. non liceat Papa, & ibi Archidiaconus. 12, quæst. 2. & Navar. in tract. de spol. cleric. §. 2. num. 1, tom. 2. Vnde cum Prælati non possit bona ecclesiastica emphiteuticare, etiam pacta in instrumento contra juris
- dispositionem apposta non valent, ut infra patebit.
- 41 Valet ¶ tamen emphiteutica concessio cum clausula pro se, & quibus dederit, quo casu poterit emphiteuta etiam irrequisito domino eadem bona emphiteutica alienare, ut est communis opinio de qua testatur Dec. in *conf.* 164 num. 3. vers. secundo respondetur, quem sequitur Clar. sent. lib. 4. §. emphiteusis, quæst. 13. vers. ulterius quæro. Quæ opinio est vera, & ab ea in iudicando non est recedendum, quando agitur de emphiteusi seculari: quia ¶ dummodo pacta non sint contra substantiam aliàs naturam contractus; etiam quod sint contra accidentalitè ipsius contractus, valent Bar. in l. 2. num. 6, & ibi Ias. num. 118. & 119. C. de jur. emphit. & Specul. lib. 4. par. 3. de loc. & emphit. num. 112. ratio est: quia ¶ cum laicus sit dominus bonorum suorum, super illis pacta sibi bene visa apponere potest, cum quilibet jure suo si moderator, & arbiter l. in re mandata, C. mand. & l. sed, & si lege §. consuluit, ff. de petit. heredit. & propterea pater potest omnia bona sua vendere, & proicere in mare, non obstante præjudicio liberorum, gloss. in l. 1. vers. ex duobus, C. de off. don. & Cravet. in *conf.* 217. num. 1. & 2. par. 2.
- 44 Prælati verò ¶ & ecclesiarum Rectores non sunt Domini bonorum ecclesiasticorum, ut probavi supra sub num. 6. quinimò nec habent dominium de redditibus ipsorum, cum nec de his eorum arbitrio disponere possint, sed, qui ad congruam sustentationem superflui, in usus pauperum distribui debeant cap. rec. Ecclesia, & cap. nulli Episcoporum, & cap.

ſi privatum ea 12. quaſt. 1. concil. Trident. in cap. 1. §. omnino de reform, ſeſſ. 25, & Navar. in tract. de reddit, Eccleſ, quaſt, 1, mon, 40, num, II,

- 45 Emphiteuſis enim ꝑ eſt quædam alienationis ſpecies, Bart. poſt gloſſ. in l. Codi-  
cillis §. conſtitutio nu. 3 ff. de leg, 2, cap, nul-  
li de reb, Eccl, non alien, Alexand. in conſ, 104, num, 5, lib, 3, & Bero in conſ, 91, nu,  
46 11. Et ꝑ emphiteuſis, livellum, locatio  
perpetua, & ſimilia ſunt ſimoniaca, quæ  
omnia ſub eodem verbo emphiteuſis  
continentur, licet in aliquibus differant,  
Bart. in l. finita, §. ſi de vectigalibus, nu, 9,  
& 10, ff. de damn, infect, & Iaſ. in l. 1, nu,  
41, & 42, C, de jur, emphit, ac bonorum  
eccleſiaſticorum alienatio eſt de Papæ re-  
47 ſervatis ex ſupra allegatis, Vnde ꝑ quid-  
quid tenuerint Bald, & Iaſ. ſupra citati,  
arguendo à fiſco ad eccleſiam, eorum  
opinio, ubi agitur de emphiteuſi eccle-  
ſiaſtica, non ſubſiſtit, nam Bart. Accur.  
Cyn. Spec. Hoſt. & Io, And, quos citat,  
& ſequitur Iaſ. in l. 2, num, 118, & 119,  
C, de jur, emphit, floruerunt ante Ponti-  
ficatum Pauli II. à quo emanavit dict. ex-  
travag. ambitioſa de anno 1468. quam  
nec Iaſ. ipſe vidit, quare dictorum do-  
ctor. opinio cū ſemper bonis eccleſiaſticis  
ab eodem Paulo II. per dictam conſtitu-  
tionem aliter poſtea fuerit cautum, eſt  
reprobata, quia huiusmodi opinionis  
fundamenta, ſi quæ exiſtabant per eandem  
perpetuam conſtitutionem funditus fug-  
runt verſa.
- 48 Cum enim, ꝑ ut dictum fuit, bonorum  
eccleſiaſticorum alienatio Pontifici ſit re-  
ſervata, nullo modo rectores eccleſia-  
rum poſſunt illa per infeudationem, vel  
contractum emphiteuſicum, eodem in-

conſulto, diſtrahere, ut in eadem extra-  
vaganti ibi, necnon infeudationem, vel  
contractum emphiteuſicum, præter-  
quam in caſibus à jure permiſſis in dict.  
cap, non liceat Papa l. 12, quaſt. 2.

49 Nec pacta ꝑ qualiſcumque in inſtru-  
mento contra juris communis diſpoſitio-  
nem appoſita ſervare tenetur: Eſt enim  
à jure prohibutum pactum, quod, ob non  
ſolutionem canonis emphiteuſa expelli  
non poſſit, quoniam ꝑ ceſſante per bien-  
nium, etiam quod emphiteuſa non fue-  
rit interpellatus, cū hoc caſu dies ſta-  
tuta pro homine interpellat, juſte petere  
expelli, prout etiam in caſu venditionis  
domino irrequiſito, ut cap, ſin, de locat,  
ubi etiam Abb. num, 13, l. ſin. C, de jur,  
emphit, & Dec. in conſ, 164, num, 1, verſ. ſe-  
cundo principaliter verba enim extra-  
vagantis ſunt clara ibi, in caſibus à jure per-  
miſſis excludentes omnia, quæ à jure  
prohibentur, & conſeſiones aliter factæ  
nullius ſunt roboris, vel momenti, ut in  
eadem extravag. §. ſi quis autem, etiam ſi  
fuerint pacta juramento firmata; quia ꝑ  
juramenta contra conſtitutiones Apoſto-  
licas facta ſunt illicita, & non ſervanda,  
cap, ſignificavit, & cap, gravis de conſ. Bero  
in cap, ſi quis præſbiterorum num. 23. de reb.  
eccl. non alien. & in terminis alienationis  
bonorum eccleſiaſticorum, idem Bero.  
conſ, 92, num, 1. 2. 5. & 7, vol, 1, Aret.  
conſ, 114, num, 3. & 4. Rodoan. de reb.  
eccl. non alien. quaſt. 29, num, 9.

Quando autem Pontificis autoritate  
facta ſit emphiteuſis conſeſſio, ut fieri  
ſolet in forma, ſi in evidentem, juxta  
diſpoſitionem dictæ extravagantis ambi-  
tioſæ, quæ ut plurimum in litteris Apo-  
ſtolicis inferitur, tunc minimè eſt dubi-  
tandum.

52 tandum de illius auctoritate, & dicti con-  
tractus validitate: quia ꝑ de illis libere  
dis. onere potest, cum sit omnium benefi-  
ciorum dominus c. 2, de præb. in 6. clem.  
1, in fin. ut lit. pend. ne per dictam extra-  
vagant. ambitiosæ, admittitur alienatio,  
nisi in forma, si in evidentem ecclesiæ uti-  
litatem; ut etiam alias dixi. Potest tamen  
dubitari de defectu intentionis, & sub-  
reptione gratiæ ex infra allegandis.

53 Instrumento celebrato ꝑ inter recto-  
rem ecclesiæ, & emphiteutam cum pa-  
ctis, & conditionibus juri communi re-  
pugnantibus, expeditis postea litteris  
Apostolicis, si in evidentem, illisque per  
delegatos Apostolicos in eisdem litteris  
nominatos executione demandatis: qua-  
ritur, an omnia in eodem instrumento  
contenta censeantur auctoritate Aposto-  
lica confirmata, & est distinguendum,  
quod, aut constet, Papam habuisse expli-  
citè scientiam omnium contentorum in  
instrumento per insertionem totius teno-  
ris instrumenti, vel aliter per expressio-  
nem omnium pactorum, & conventio-  
num à jure repugnantium in litteris Apo-  
stolicis aut non: Primo casu omnia con-  
tenta in instrumento, quæ in dictis lit-  
teris Apostolicis fuerunt repetita condi-  
tionibus, aut limitationibus non restri-  
cta, regulariter censentur ratificata, &  
approbata; cap. penult. de confirm. util. vel  
54 inutil. & Dec. in rubr. eodem tit. ꝑ quæ  
enim in litteris Papæ dispositivè expri-  
muntur, ex certa scientia facta intelli-  
guntur, gloss. in cap. statutum §. sancimus  
in ver. litterarum de rescrip. in 6. in cap.  
cum vigesimum num. 6, ver. ultra alia de off.  
deleg. & Ancaran cons. 65, pro clariori  
num. 4, ver.

55 Cum enim constet ꝑ & præsertim si  
litteræ haberent clausulam, ex certa  
scientia, quæ tollit omne juris obstacu-  
lum, Bart. in cons. 196, num. 2, volum. 1.  
Dec. cons. 191, num. 3, Felyn. in cap. non-  
nulli §. sunt & alij num. 15, vers. & ubi sa-  
cit de rescript. & Gabr. cæmm. conclus. lib.  
6, de clausul. conclus. 1, num. 39.

56 Quo casu ꝑ procedit habetque locum  
conclusio, quod Papæ confirmatio sub-  
sequenti faciat actum valere, ac si à princi-  
pio fuisset ab eo factus, ut per Navar. de  
regul. com. 3, num. 9, sub vers. secundo quod  
tom. 2.

57 Secundo casu, ꝑ quando in litteris, si  
in evidentem, non inseritur instrumen-  
tum locationis in emphiteusim factæ,  
nec narratur illius tenor, neque apponi-  
tur clausula, ex certa scientia, ut de stylo  
regulariter apponi minimè solet, gratia  
Apostolica non approbat pacta in instru-  
mento contra juris communis dispo-  
sitionem apposita, & in litteris Apostolicis  
minimè expressa.

58 Nam ꝑ generaliter confirmando, non  
intelligitur Papa, quæ sunt contrarie,  
confirmare Bart. in l. 1, num. 1, ff. de ijs,  
qui sunt sui vel ali. juris, Bald. in l. jube-  
mus, num. 3, C. de monop. & in cap. 12, co-  
lum. in princip. per quos fin. invest. Aret. in  
consil. 8, quem citat, & sequitur Ias. in l.  
nummis num. 13, ff. de in lit. jur. Alexand.  
in cons. 59, num. 9, lib. 1, cons. 52, num. 11,  
lib. 7, & Rom. cons. 327, num. 7.

59 Quinimò, ꝑ cum in quibuscumque  
bonorum ecclesiasticorum alienationi-  
bus agatur de præjudicio Ecclesiæ, re-  
scriptum Papæ, quod emphiteuta, non  
solvendo, non incidat in commissum,  
non valet, Bald. in l. si à te num. 1, C. de  
pact.



pañ. imp. & Dec. in cap. 1, num. 7, de consuet.

60 Litteræ Apostolicæ † super bonis ecclesiasticis alienandis semper conceduntur cum clausula, si in evidentem utilitatem, & sic juxta juris communis dispositionem, ut dicto cap. non liceat Papa, 12 quest. 2, & dicta extravag. ambitiose. Ideo illæ, quando in instrumento continentur ejusmodi pacta, ne scilicet, ob non solum canonem, aut ob alienationem, domino irrequisito, seu ob deteriorationem devolvi, possit emphiteusis alienari, & transire in extraneos, etiam illegitimos, aut alia pactorum, & conventionum genera juris communis dispositioni penitus adversantia in dictis Apostolicis litteris minimè expressa, uti tacita veritate impetratæ sunt subreptitiæ, cap. dudum il. 2, ver. insuper Indulgentiam, & ibi gloss. in ver. expressa de elect. cap. ad nostram, & cap. porrecta, de confirm. util. vel inutil. Dec. in cap. 1, num. 2. eod. tit. & Innoc. in cap. cum dilecta num. 3. de rescript. & non valent l. juru gentium, §, & generaliter ff. de pactis, l. pacta, quæ contra & ibi Alex. in princ. C. eod. cap. fin. & ibi gloss. 1, post med. & Abb. num. 1, ex eod. tit.

61 Nec suffragatur decretum, † seu sententia delegatorum, quæ formato processu desuper pro confirmatione proferuntur, nam delegatorum facultas non potest litterarum delegatarum fines transgredi: quia potestas, & jurisdictio delegata non est extendenda ad casum non expressum, Abb. in cap. transmissa, num. 9, de verb. signif. quin uti extraordinaria est potius restringenda, gloss. in cap. 3, in ver. vel conventionis, de rescriptis

in 6. gloss. penult. in clem. fin. de offic. ord. Ancaran. in cons. 210. scripsit Papa, nu. 8. & Rot. decis. 5. nu. 3. & 4. de concess. prob. in antiquior.

62 Quare † delegatus formam sibi traditam diligenter servare debet, l. diligenter, ff. mandati, cap. cum dilecta, in fin. de rescript. cap. bona memoria, il. 2. §. nos igitur, de postul. Pralat. Specul. de jud. deleg. §. 5. num. 1, lib. 1, Abb. in eod. cap. cum, dilecta, num. 4, & ibi Felyn, num. 6.

63 Præterea alienationes † contra formam dictæ extravagantis, & cap. non liceat Papæ factæ de anno 1555. etiam fuerunt per Papam Paulum III. revocata, ut in Bull. Rom. cap. 2, pag. 540, eisdemque etiam Pius V. de anno 1569. pag. 1067, cum sicuti hujusmodi alienationes nullæ erant à principio, ita actus omnino nullus semper remanet nullus, nisi iteretur cap. non prestat, de reg. jur. in 6, Dec. cons. 367, num. 4, & cons. 645, nu. 14, Borgn. Caval. decis. 43, nu. 71, & decis. 46, nu. 91, par. 1,

Neque † clausula, suppletes omnes defectus, efficere potest, ut in dictis litteris Apostolicis minimè expressa preexpressis habeantur. Sed supplet tantummodò defectus juris positivi circa solemnitates à jure requisitas, nempe circa tractatus, qui in bonorum ecclesiasticorum alienatione requiruntur; & qui licet habiti fuerint minus tamen legitimè: non autem alios defectus substantiales à jure reprobatos qui à communiter accidentibus suppleri non solent; de quibus, si Papa fuisset certus, minimè concessisset, & ita procedunt allegata per Specul. lib. 1, par. 1, de leg. §. nunc ostendendum, num.

num. 14. & 15. quem sequitur Abb. in cap. 1. num. 5. de transact. cons. 62. num. 4. vers. nec aliud, & vers. item Papa part. 1. Gomef. in compend. utr. signat. s. postremo quo, ver. & etiam si Papa, Scaphil. in tractat. de commiss. & lit. just. s. in primis, num. 25. & 26. & Rebuff. form. mandat. Apostol. in gloss. sub ver. juramento, vers. aliquando vidi pag. mihi 340.

65 Constitutio ꝑ ambitiosè, de reb. eccl. non alien. quæ in litteris, si in evidentem, regulariter inseritur, importat formam, ut expressis verbis in eisdem litteris legitur nempe servata forma ejusdem constitutionis, & cum non tractetur de solo rectoris, & conductoris, sed principaliter de ecclesia, & successorum præjudicio, etiam si rector, & conductor decreto, seu sententia, consensum præbeant, hujusmodi consensus, ubi de præjudicio tertij etiam agatur contra formam traditam, nihil penitus operatur. Bart. in l. de his, num. 3. ff. de transact. Bart. in cap. prudentiam, in principio vers. 2. partium consensus, de offic. deleg. Bald. in quest. de schis, num. 21, ver. prædictis quoque accedat, & post Imol. & alios, Felyn. in cap. cum dilecta, num. 6. ver. amplius quinto, de rescript.

66 Quia ꝑ omnis solemnitas, & substantialis forma est juris publici cui privatorum pactis derogari non potest, gloss. 1. in cap. si diligenti, de for. comp. l. neque pignus ff. de reg. jur. l. 2. ff. de testam. & l. nemo potest, ff. de leg. 1.

67 Animadvertere ꝑ præterea debent ecclesiarum Prælati, ne carnalitatis, aut alio humanæ passionis affectu, ad bona feudalia, vel emphiteutica ecclesijs devoluta, sine evidenti ecclesiæ utilitate, 70

alienanda moveantur. Si enim in consanguineos, vel affines alienant, sæpe præsumitur alienatio in fraudem, & Ecclesiæ damnum facta, ut per Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29, num. 1, & 2, Rot. ut per Cæl. de Grass. decis. 135, alias 4, num. 24, & d. vers. decis. 65, num. 18, decis. 720, num. 1, par. 1 & Borg. Cavalc. decis. 45, alias 16, num. 49, etiam pag. 1, Sed de devolutione secuta, aut Prælati debet illa bona pro sua ecclesia retinere, vel adhibitis solemnitatibus à jure requisitis, illa de novo emphiteuticare, vel infeudare.

68 In qualibet enim ꝑ bonorum ecclesiasticorum alienatione, præter alia, pro solemnitate tres tractatus requiruntur: si enim bona sunt ecclesiæ cathedralis, vel collegiata, fieri debet tractatus cum illius ecclesiæ capitulo, cap. Abbatibus, 12. q. 2. cap. cum Apostolica, s. pæn. & cap. seq. de ijs qua snt, à prælat. gloss. in cap. 1, in ver. defensore, de reb. eccl. non alien. in 6, & Alexand. cons. 9. num. 1, lib. 3. Si verò ecclesia non habet capitulum, ante celebrationem instrumenti fieri debent tractatus coram Episcopo, ut per Rom. cons. 36, num. 2, Covar. variar. resol. cap. 17, num. 1, lib. 2, Natt. cons. 441, num. 7. & 8, volum. 2, Bogn. dicta decis. 45 num. 18.

69 Requiritur ꝑ etiam beneplacitum Sedis Apostolicæ, ut in eadem constit. ambigua in extravag. com. de reb. eccl. non alienan. alias, sine Pontificis auctoritate, sunt nullæ, ut optimè ad contraria respondendo, tenet Navar. de alienan. rer. eccl. num. 14. ver. & in casu nostro tom. 2.

Etiam, si contractus ꝑ contra hujusmodi

modi constitutionis formam initi sunt juramento firmati, ut cap. gravis, de cens. Beron. in consil. 42. nien. 1. & seq. Rodoan. de reb. eccles. non alien. quest. 29. cum alijs supra allegatis, ut clare, & discretè demonstrant dictæ constitutionis verba, §. si quis autem ibi nullius omninò sint roboris, vel momenti: quæ verba constitutionis non fuerunt visa à Ias. nec Calder. nec ab alijs ab ipso pro contraria opinione citatis: & illud verbum  
 71 omninò ¶ idem quòd, ipso jure, importat, gloss. in l. 1. §. si pecunia, in ver. omni, & ibi Bald. sub num. 1. ff. de posthum. & Felyn. in cap. ex parte, il primo, in princ. 74 ¶ ver. secundo dicunt de off. deleg.

72 Prælatus verò, ¶ vel rector, qui res ecclesiæ in casu non permissio, vel sine decreto superioris, alienavit, potest ipse, nomine tamen suæ ecclesiæ, non obstante juramento per ipsum alienationi præstito, contractus alienationis impunè revocationem petere, gloss. in cap. si quis presbyterorum, in ver. alienator, & ibi Abb. num. 4. de reb. eccl. non alien. l. 75 jubemus, la secunda, §. sanè, in fin. & ibi Bald. nu. 1. C. de sacrosan. eccl. & Aff. Et. super constit. Neap. de revoc. alienat. num. 78.

Excipiuntur tamen à dicta regula  
 73 ¶ prædia ecclesiastica parvi momenti; ut sunt vineolæ, tertulæ, de quibus in cap. terrule, 22. quest. 2. quæ citra juris solemnitatem auctoritate ordinaria poterunt alienari, Abb. in cap. ut super num. 14. de reb. eccles. non alien. Verùm, quia pluries in dubium revocatur, quantum immobilia dicantur parvi momenti, ut dicta auctoritate ordinaria sine juris solemnitatibus alienari possint, puro, hoc

casu parvi momenti censei prædia annuum redditum unius ducati auri de camera non excedentia, & valoris in proprietate viginti quinque ducatorum similitium, dummodo tamen illa alienatio semper fiat in evidentem ecclesiæ utilitatem, causa permutationis, aut alias, ut unico contextu rei alienatæ pretium in aliud prædium, cujus dominium ecclesiæ acquiratur reinvestiatur, non autem, ut pecuniæ rectoris commodo cedant, & utilitati: & ita in quibuscumque casibus procedit dicta constitutio ambitiosa de reb. eccl. non alien. per illam clausulam, ¶ & tunc in ecclesiarum evidentem utilitatem, quæ clausula, cum sit posita in fine omnium casuum, qui in bonorum ecclesiasticorum alienationibus contingere possint, l. talis scriptura, in fin. ff. de legat. 1. & cap. secundo requirit, de appellat. ad omnia præcedentia refertur l. fin. ff. de hered. instit. Ancharan. cons. 68. subtiliter ad plenit. num. 2. Rom. cons. 480. num. 7. & Dec. cons. 11. num. 13.

Dixi supra ¶ in cap. 44. sub num. 42. non esse veram opinionem scribentium, quod emphiteuta pro bonis emphiteuticis, quæ ab ecclesia possidet respectu utilis dominij ad onerum solutionem habitata ratione fructuum pro sua portione teneatur, pro cujus quæstionis dilucidatione

76 Primum præsupponendum, & quòd emphiteutia sit duplex, ecclesiastica ut cap. potuit ubi etiam gloss. in ver. expelli. Abb. & alij de loc. & laicalis de qua instit. de loc. & conduct. §. adeò l. si & tot tit. C. de jur. emphit.

Celebratur autem emphiteuticos contractus ¶ scriptura interveniente, & non aliter

- aliter l. 1, C. de jur. emphyt. Specul. de 82  
 emphyt. num. 5, lib. 4, par. 3, Clar. sentent.  
 lib. 4, §. emphyteusis, quest. 4, in princ.  
 Alex. cons. 112, num. 4, lib. 1, Ias. dictal.  
 num. 11, & melius enim 61. vers. contra-  
 riam partem, ubi testatur quod ita com-  
 munitur tenetur, idem tenet gloss. in cap.  
 1, §. postquam ver. in scriptis, ubi plures 83  
 casus enumerantur, in quibus requiritur  
 scriptura de consil. in 6, & pluribus modis  
 emphyteusis conceditur.
- 79 Primò, † dando aliquid à principio  
 concedenti, ut puta centum, vel ducen-  
 tum aureos, aut aliam summam, & po-  
 stea modicam pensionem annuam con-  
 stituendo in recognitionem potius directi  
 dominij, quàm fructuum percipiendos  
 compensationem, Bar. in l. in princ.  
 & ibi Ias. nu. 1, C. de jur. emphyt. & Ale-  
 xand. dicto cons. 112, n. 3, vers. 6, quia, 84  
 quæ emphyteusis † hoc modo concessa  
 semper erit laicalis, quia prohibita est  
 bonorum ecclesiasticorum distractio,  
 tam ex antiquorum canonum dispositio-  
 ne, ut cap. sine exceptione, & cap. non li-  
 ceat Papa, ubi etiam Archid. 12, questio-  
 ne 2, quam per extravag. ambitiosæ, de  
 reb. eccles. non alien. & concil. Trid. in  
 cap. 11, de reform. siff. 22.
- 81 Secundò, † emphyteuticus contractus  
 tacitè plerumque celebratur cum pater-  
 familias dubitat, substantiam suam ma-  
 ximo labore, aut aliàs ab ipso, vel suis  
 primogenitoribus partam, liberos brevi  
 tempore consumpturos, qui, ut quan- 85  
 tum in eo est, posteritati consulatur,  
 confitetur, & se recognoscit rem propria  
 scienter ab ecclesiæ Prælate in emphyteu-  
 sim perpetuam habere, tenere, & de di-  
 recto ipsius ecclesiæ dominio possidere.
- Quo casu † sibi præjudicat in dominio  
 suo, Bart. in l. si aliquam rem, num. 9,  
 ff. de acquir. possess. & in l. cum falsa, nu. 1,  
 & 7, C. de jur. & fact. ignor. lib. 4, par. 3,  
 & in l. ad probationem, nu. 13, C. eod. tit.  
 & post alios, quos citat Ias. in dicta l. 2,  
 num. 177, C. de jur. emphyt.
- Hoc enim modo † pater providet de-  
 scendentibus, ne filij possint dicta bona  
 in præjudicium descendentium alienare:  
 imò, nec, si delinquerent, potent ea-  
 dem bona publicare, sed apud filios &  
 nepotes debent perpetuò remanere, Bart.  
 in l. eum, qui, nu. 3, ff. de interd. & relig.  
 Ias. in eadem l. 2, nu. 151, ver. addo quod,  
 C. de jur. emphyteu. & hæc est magis  
 communis opinio, de qua post plures  
 ibi citatos testatur Alexand. in cons. 23,  
 num. 4, lib. 1, & cons. 89, in princ. lib. 4.
- Tertiò, † dando prædium sterile ei,  
 qui illud vult reducere ad culturam, vel  
 aream, super qua fabricare intendit, &  
 in recognitionem directi dominij, quid  
 minimum, puta unum, aut duos denarios  
 annis singulis directo domino persolvit,  
 ut per Spec. de loc. & emphyt. lib. 4, par.  
 3, §. nunc aliqua, num. 3, & 9.
- Et conceditur emphyteusis aliquando  
 in perpetuum, quandoque ad tempus,  
 cum pacto de renovando, & interdum  
 ad tertiam generationem, Specul. eodem  
 §. nunc aliqua, num. 5, vers. item quando-  
 que contrahitur, Bald. in l. 2, num. 9, C.  
 de jur. emphyt. & Ias. in l. 1, num. 6, & l.  
 2, num. 166, eod. tit. & regulat. ite. † quan-  
 do emphyteusis conceditur ad tertiam  
 generationem, in prima generatione  
 computatur persona ipsius acquirentis,  
 qui facit primam, filius secundam, & ne-  
 pos ex filio tertiam, ut per Bald. in auth.

si quas ruinas, num. 4, & de sacrosan. eccl. & Iul. Clar. sent. lib. 4, §. emphiteusis, quest. 34.

86 Quarto, † quando, servatis servandis, ecclesia dat domum, seu prædium ecclesiasticum de mensa ecclesiæ laico in emphiteusim perpetuam, seu ad tertiam, sive aliam generationem, aut aliud limitatum tempus sub annuo conventu, canone, seu responsione, Apostolica auctoritate ad formam dictæ extravag. ambitiosè, cap. 1, eodem titul. in 6, & Rot. divers. decis. 178, num. 8. & 10, par. 2.

87 Primo casu, † quo emphiteusis est laicalis, emphiteuta pro illo utili dominio debet onera pro sua portione, & dominus directus pariter pro sua subire, idque semper procedit, & servatur quando-cunque sumus in emphiteusi laicali & in his terminis procedit opinio, Iul. Clar. sentent. lib. 4, §. emphiteusis quest. 46, ubi testatur ita à senatu servari solere, cuius opinio (cùm scripserit in terminis, in quibus directus dominus onera tenetur pro sua portione persolvere) necessariò procedit inter directum dominum & em-

88 phiteutam laicum † cùm personæ ecclesiasticæ, & eorum bona ab omnibus oneribus laicalibus sint exempta, Abb. in cap. fin. de reb. eccles. non alienan. Ancharan. conf. 12, num. 2, vers. sed sic circa, Ruin. conf. 3, col. 3, & 8, lib. 5, in huiusmodi terminis, etiam procedunt allegata per Alexan. conf. 10, lib. 1, n. 11, conf. 35, num. 12, lib. 4, & conf. 4, num. 3, lib. 5, qui consulit inter personas merè laicas, & super bonis merè laicalibus, ut aperte colligitur ex facti specie eorundem consiliorum, & dict. conf. 101, num. 11, ubi incidenter tangit, & refert opinionem

scribentium, laicum teneri ad collectas solvendas propter fructus, quos percepit, & doctores tenere, ita de consuetudine solitum esse servari. Unde consuetudo præsupponit jus commune in contrarium, & quid hoc casu, & alijs contra immunitatem, & libertatem ecclesiasticam operari possit consuetudo, infra patebit.

89 Quòd autem † emphiteuta bonorum ecclesiasticorum respectu utilis domini onera persolvere teneatur, tenentur Ifern. & affl. in tit. qua sint reg. in ver. plaustrorum. Luc. de Pen. in l. 1, colum. 2, C. de impon. Luc. deser. lib. 10. Alexand. Federic. de Sen. Soc. Ias. Birun. Purpur. & Craver. quos citat, & sequitur Sol. in comment. constit. antiq. Sab. sub rubr. de jur. emphiteut. glossa 2, num. 26, quibus addo Alvar. Valas. de jur. emphiteut. quest. 17, sub num. 11, & Molin. tract. 21, de contrad. disput. 456, num. 5, dummodò in ultimam ipsius rei deducatur ea summa, quam pro ipsa re nomine pensionis, vel census, præstat ecclesiæ, ut inquit gloss. super cap. Reg. Caro 2, sub rubr. quod Cler. cleric. viv. non com. vers. adde quod si res ecclesiastica. Contrarium tamen ex eo apparet, † quòd statuta laicorum non includant bona ecclesiastica; etiam quòd eorundem bonorum utile dominium sit penes laicos, quod probat text. in cap. qua in Ecclesiis, & ibi Abb. num. 2, Imol. num. 7, Dec. num. 6, alias num. 9, Bero. num. 6, Mantun. num. 8, & 7, Riminal. Iun. num. 61, & seq. de constitut. facit cap. bene quidem circa fin. 96, distinct. Et hæc est communis opinio canonistarum, quam tenet etiam in l. private num. 2, C. de excus. Hun. lib. 10, qui inquit Pe-

rubi

ruffi de consuetudine non seruari. Sed †  
 91 consuetudo præsupponit jus commune  
 in contrarium, & consuetudo vnius Pro-  
 vincie non extenditur ad alias, eandem-  
 que opinionem Bart. sequitur, ibi Ang.  
 loquens in bonis livellariis, & Iaf. in l. 1.  
 num. 31. C. de jur. emphiteut. Purp. in l.  
 placet, 23. C. de sacr. sanct. eccl. glos. vnic.  
 in l. honorem, ff. de muner. Petr. de Vbal.  
 latè in tract. suo de collect. in ult. char. col-  
 lum. 3. vers. queritur in dubium, Bertach.  
 in repert. sub ver. collectam emphiteuta  
 Cassan. in consuet. Burgun. rubr. 4. §. 6. n. 5.  
 in text. vers. & supporte la motitie. Ripa  
 cons. 22, lib. 2. respon. num. 14. Sylu. cons. 9.  
 per tot. & cons. 47. Ruin. cons. 3, volum. 5.  
 Bussat. cons. 42. num. 22. Bossi. in titu de  
 princip. num. 123 Surd. post alios per ip-  
 sum citatos in cons. 301. num. 62. volum. 3.  
 Card. Tuse. præb. conclus. iur. concl. 557.  
 num. 18, tom. 3.

Et est ratio, † quia ecclesiastica prædia  
 92 non sunt sub potestate laicali, ut est com-  
 munitis opinio, de qua testatur idem Surd.  
 sub. d. nu. 62. in fin. & pro hac conclusio-  
 ne, quæ est communis, ac pluribus, &  
 gravioribus auctoritatibus, rationibusque  
 falcita fuit, à Senatu Pedemontano deci-  
 sum, & revocatæ sententiæ contra eandem  
 opinionem latæ, ut testat. idem Sol. sub eod.  
 n. 26. qui nihilominus conatus fuit sustine-  
 re dictam eius opinionem, pro qua  
 ipse sententiam protulerat ex supra,  
 & aliis infra adducendis, reproba-  
 tam.

Si autem dubitatur de natura emphi-  
 93 teusis ecclesiasticæ, & allegetur bona fuis-  
 se in emphiteusim à laico in præjudicium  
 status laicalis ab ecclesia recepta, † tunc  
 onus probandi laicis incumbit: tum, 97

quia fraus nunquam præsumitur, tum etiam  
 jam, quia omnia bona ecclesiæ donata,  
 præsumuntur libera cap. noverint, 10. q. 1.  
 Archid. cap. tributum, num. 5. 23. quest. 8.  
 & Iac. de S. Georg. in tract. de feud. §.  
 qui quidem investiti, num. 9.

Tertio verò casu etiam, quòd bona  
 sterilia ecclesiæ per emphiteutam laicum  
 reducantur ad culturam, aut super area  
 domus ædificetur, pro illis meliorantis  
 concernentibus utile dominium collectæ  
 non sunt exigendæ: quia † immunitas  
 94 concessa prædio ecclesiastico, quod est  
 principale, competit & melioramentis,  
 & superædificato, quæ sunt accessoria, c. q.  
 circa & glos. in c. cum capelle, de privil. & ita  
 per prædicta, & alia, per ipsum allegata  
 consuluit Alexand. in cons. 193. num. 3. nu.  
 5, & 6, lib. 2:

Et procedit regula, † quod accessori-  
 um sequitur naturam sui principalis, cap.  
 accessorium, de re reg. jur. in 6, & ideo, si  
 quis aream pauci momenti in emphiteu-  
 sim dederit, super qua fuerint fundata ædi-  
 ficia magni valoris, puta alta turris, vel  
 amplæ ædes in casum devolutionis ob-  
 culpabilem caducitatem, propter quam  
 melioramenta amittuntur pro nova in-  
 vestitura, & receptione novi emphiteutæ  
 † quinquagesima, quæ solvitur domino  
 96 directo à novis emphiteuticis, ut l. fin. C.  
 de jur. emphit. debetur tam pro valore &  
 æstimatione juris, vel ædium, quam pro a-  
 reæ per text. in l. 1. §. quod ait. ff. de super. & post  
 ord. & Abb. ita decidit, lat. in l. fin. num.  
 44. C. de jur. emphiteut. Boer. decis.  
 19, num. 3, Rimin. Iun. cons. 1, in  
 fin. Amed. à pont. de laudem, quest.  
 8, vers. Sed redeundo

Emphiteusis enim † ad hunc finem con-  
 cede-

D d d d

cede-

cedebatur, ut per emphyteutam bona emphyteutica meliorarentur, ac pro recognitione directi domini; quid minimum persolveretur, quæ melioratio loco pretii habebatur, Bald. in l. 1. num: 8. & ibi Iaf. num: 5, C: de jur: emphis. Abb. in cap. potuit, num: 7, de loc: & conduct: Specui: de loc: emphis: §: nunc aliqua, num: 2, in fin. & idem Bald, in auth: quas actiones, n: 3, C: de sacr. sanct: Eccl.

98 Cum igitur ꝑ melioramenta veniant ex natura contractus emphyteutici, non possunt diverso jure censerī, dicto cap: quia circa, de privileg: cum pro ecclesia emphyteuta possideat, ex quo causam habet, ab ea, volum. 2 ff: pro suo: & Specul eod. §: nunc aliqua, num. 59, in fin.

99 Quinimo in fortioribus terminis ꝑ privilegium concessum ecclesiis post concessionem privilegii ad constructas etiam extenditur, ut eod. cap. quia circa: de privil. Iaf. in l. qui siliabus, num. 12. & 13 ff. de leg. 1. & post Petr. Cyn. Rayn. Fulger. Boer & Aret. script Alexand. in cons. 178. nu. 1 3. lib: 2. quem citat, & sequitur idem Iaf: in l. fin. n. 12. C: de ver: signif.

100 Laici enim ꝑ prædia sterilia ad culturam reducunt, in illisque domos, & quandoque palatia, aut alias fabricas ædificantes, majori laude, & præmio sunt digni; quam, qui eadem ob desidiam pro derelicto habent, quia expedit reipublicæ, ut inculta colantur, & fabricis exornentur. Hac ratione Sixtus Papa V. ut Urbis incolæ ad domos in via Felici nuncupata, ab ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris, usq; ad ecclesiam sanctissimæ Trinit. in Monte Pincio per ipsum strata, & directa, necnon in via Pia per eundem etiam æquata ab eius palatio in Monte Quirinali, usque

ad ecclesiam sanctæ Sofannæ, & in vicis propè dictas vias dirigendis ædificandas allicerentur, sua perpetua valitura constitutione, tam domos in eadem via constructas & quæ indies construerentur, quàm earum dominos, & incolas variis privilegiis immunitatibus, & prærogativis munivit, & decoravit, ut in litteris Apostolicis motu proprio sub datum Romæ, anno 1587o Idibus Septembris expeditis, de quibus in Bull. Rom. eiusdem Sixti Quinti, cap. 64, pag. 225. unde hac eadem ratione emphyteutæ in prædiis ecclesiasticis fabricantes, de bono opere novis oneribus non sunt gravandi. Non enim debent bona ecclesiastica deterioris esse conditionis bonis laicorum: quod sequeretur si emphyteutæ, ultra canonem annuum, quem domino directo ecclesiis persolunt ratione emphyteotatum, seu emponematatum fabricatum & aliorum melioramentorum, collectas laicis persolvere tenerentur. Nam ex communi consuetudinetotius Italiæ, & ut puto, universalis Europæ compertum habemus, nulla pro melioramentis, quæ fiunt in prædiis tam urbanis, quàm rusticis laicalibus onera augeri. Ergo eodem modo, nec bonis, in quibus directum ecclesia, possidet dominium, ulla debent imponi. Qui autem hæc onera bonis emphyteuticis ecclesiasticis imponunt, & exigunt, ea in fraudem, & in apertum libertatis, & immunitatis ecclesiasticæ detrimentum extorquent.

101 Quod enim ꝑ emphyteutæ magis gravantur, minus prædia, seu domos, meliorare possunt, imò quandoque hac causa ad meliorationem retrahuntur. At ecclesiæ interest plurimum, ut pluribus melioramentis eius bona augeantur, cum pluribus ca-

libus

- sibus bona emphiteutica unâ cum empo-  
 nematibus, omnibusque aliis melioramen-  
 tis ad ecclesiam devoluantur, *ut l. 2. C. d. 100*  
*jur. emphiteu. Alexand. cons. 44. num. 7. &*  
*18. lib. 3. Specul. de loc. & emphit. lib. 4.*  
*par. 3. n. 34. 112. & 157. & Corbul. de*  
*caus. privat. ob rei deter. num: 13. de*  
*caus. privat. ob non solut. canon. am-*  
*pliat. 36.*
- 102 Quarto casu, † quo, servatis servandis,  
 fuerint prædia ecclesiastica in emphiteu-  
 sim concessa, tunc, aut ab emphiteuta in  
 eisdem terminis, & statu, in quo fue-  
 runt emphiteutica, possidentur, & hoc  
 casu, nullo etiam exquisito colore pos-  
 sunt laici ab emphiteuta prædiorum ec-  
 clesiasticorum collectarum exactiorem  
 prætere, quia immunitas dictorum  
 103 prædiorum † cum sit realis, *Levit. cap.*  
*7. cap. nullum liceat, 12. quest. 2. cap. ge-*  
*neraliter, §. novarum, 16. quest. 1. Rot.*  
*divers. decis. 23. num: 6. par: 2. cum aliis su-*  
*pra allegatis. transit ad quemcumque cum*  
 104 eisdem bonis ecclesiasticis, & † ea gau-  
 dent laici, eadem bona in emphiteusim  
 possidentes, *gloss. in dict. cap. generaliter*  
*§. novarum in vers. mancipia, 16. quest. 1.*  
*Abb. cons. 9. num. 2. vers. si enim eximitur,*  
*par. 1. Paris. cons. 69, num. 6 lib. 1. & alii*  
*supra eodem. cap. 33. citati, quibus addo*  
 in terminis emphiteusis ecclesiasticæ, *Bart.*  
*in l. privata, num. 2. C. de excus. mun. lib.*  
 10 quem sequitur *las. in l. 1. num. 31. C.*  
*de jur. emphit. gloss. unis. in l. honorem, ff.*  
*de mun. & honor. quam pro hac opinione*  
 sequendo, *Bart. citat Purpa. in l. placet.*  
*C. de sacrosanct. Eccles. hanc etiam opinio-*  
 nem pluribus probat *Petr. de Ubalin tract.*  
*collect. in fin. & post Bart. Bald. &*  
*Alexand. quos citat eandem opinio-*
- nem sequitur *Bertach. in repert. sub*  
*ver.*
- 100 Collectam emphiteuta † distinguens,  
 quod secus est in emphiteuta privati, quanti  
 distinctionem tenet etiam & probat *Boss.*  
*titul de princip. & privil. eid. 123. iunct.*  
*num. 128.*
- 106 Rationem † quare pro bonis em-  
 phiteuticis, quæ laicus habet ab Ec-  
 clesia non teneatur solvere aliquam colle-  
 ctam, adducit *las. nempè ex eo, quod*  
 dicta bona sint perpetuò pensioni obli-  
 gata, & pro eis quolibet anno canon sol-  
 vatur; idè nullam communi pro his de-  
 beri collectam; ne pro emphiteusi Ecce-  
 siastica duplicia onera sustineantur, *ut ead.*  
*l. 1. dicto num. 31. post Felin. Rom. So-*  
*cin. Feder. de Sen, Alexand. Dec. & ali-*  
 os quos citat *Cardin. Tusch, in pract.*  
*conclus. sub rubr. oner. duplic. conclus. 136.*  
*n. 3. tom. 5.*
- 107 Quod etiam † altera ratione firmatur,  
 quia licet statutum laicorum non potest  
 disponere super rebus Ecclesiasticis, etiam  
 si talia sint bona, quorum utile domini-  
 um spectet ad laicos, *cap. qua in Ecclesia-*  
*rum, ubi Abb. num: 2. de constit. cum ali-*  
*is supra numer: 90. & seq. allegatis, &*  
*mox citand. u*
- 108 Statuta enim † laicorum etiam, quòd  
 non disponant de ecclesiis, vel clericis, nec  
 in materia tangente privilegia, vel jura cle-  
 ricorum, aut ecclesiarum, sed simpliciter  
 aliquid honestum disponant in præjudicia-  
 libus non ligant, nec comprehendunt  
 clericos, nec ecclesias, seu bona ec-  
 clesiastica, quidquid modernis tem-  
 peribus in contrarium tenuerit *Ca-*  
*piblanc. de Baron. pragm. 1. sub. num:*  
*198. & seq.*



109 Ut reprobata ꝑ contraria opinione Bart. asserentis statuta laicorum simpliciter facta contra ea, quæ competunt ecclesiis, vel clericis non in privilegium, sed ut cuilibet, tunc ligare clericos, & in foro Episcopali esset servanda, dummodo honesta sint, de qua in li. cunctos populos num. 29, C. de sum. Trinit. & fid. cath. cujus opinionem, post alios, per ipsum citatos, sequitur Lopez: in additione ad Diaz: pract. q. cap. 56, ver. ex quibus, post Bald: in ead. li. cunctos populos, num. 10 qui allegatis per Bart. respondet, & eius opinionem reprobat, sequitur, & tenet Abb: in caps. sua, il primo, n. 9: de decim: post text: in cap. eccl. s. sancta Maria de constit: & post Ant. Imol. Rom: & alijs citatos contrariis respondendo, & rationes adducendo, probat Felyn. in eod. cap. ecclesia sancta Maria num. 81, ver. sed contra Bart. & ibidem Bald: n. 5, Abb.: num. 10, & Dec. num. 88, & 91. de constit: cap. bene quidem in fine: 96. distin: Bero. in cons. 31: num. 20, cum s. q. vel: primo, & hanc esse communem doctorum theoreticam testatur idem Abb. in cap. non minus n. 20, in prin: de immunit: eccles: Sylvest: qui etiam inquit, hanc esse communem opinionem. in ver. immunitas §: 1, num. 20, Surch: in cons. 115, num. 15, volum. 1, cum alijs, quibus supra cap. 45: num. 42, & seq.

11 Iofertur etiam ex prædictis, laicorum statuta, sive decreta, aut ordinationes, quibus ob publicam utilitatem pœnaliter prohibetur, nè in prædijs orizæ ferantur, aut quid simile clericos nos minime ligare, aut ecclesiarum bona. Quidquid in contrarium tenuerint Gabr: in cons. 37: num. 3: & seq. Vulpel. in tractat. de liberti: eccles. par: 3, num. 16, & Menoch

cons. 1000, volum. 10. n. 28. quos citat, & sequitur Capal. in centur: resolut. crimin. cas. 12, sub: num. 4, quia, nec directè neq; indirectè, tacitè vel expressè, contra libertatè ecclesiasticam Principibus, seu magistratibus secularibus quidquam licet attemptare. Anchar. in cons. mihi 196, num. 4, alijs 112. magnificè, & Illustr. Colleg. Bonon. inter consil. eiusdem Anchar. cons. 12, num. 2, & seq. Abb. in repeti: cap. Ecclesia sancta Maria, num. 31. de constitut. & in terminis quamplures allegat Sud. cons. 301. num. 75. 76. & seq. volum. 3.

117 Imò ꝑ si eorundem statutorum, aut decretorum vigore contra clericos exercent, illos multando, aut alijs quovis modo gravando, in excommunicationis sententiam in Bullam Cœnæ Domini contentam incidunt, ut in eadem Bull. sub nu. 15. ver. quivè ex eorum. & Navar. in cap. 27. num. 69, §: qui ex eorum ver. necnon qui de cens: eccles: tom. 1.

Non tamen negabo, quin, & ipsi ecclesiarum Præsules, si pij prudentisque pastoris officium præstare velint, eandem prohibitionem facere, illamque executioni debeant demandare.

115 Quòd, si ꝑ ipsi Prælati eadem edicta, & inhibitiones ordini clericali recusarent, quod minimè est credendum, proponere. Non propterea magistratus seculares possunt Prælatorum negligentiam, ut aliqui putant, supplere, quia cum Iudex ecclesiasticus si major, ipse Iudicis secularis inferioris negligentiam supplere, & illum corrigere potest, c. ex transmissa, de for. comp. Azor: in 1. parti: institut. moral. lib. 5, c. 12. ver. sed dubitare & Rot: de anno 1595: ut scripsi in cap. 38, n. 92, tom. 1.

Dicta

116 Dicta verò scribentium † opinio, quòd  
 scilicet, iudex laicus supplere possit Judi-  
 cis ecclesiastici negligentiam, rocedit in  
 causis misti fori tantum: in quibus, cum  
 sit locus præventioni, ecclesiastico iudice  
 negligente, poterit laicus prævenire, & in  
 his terminis procedunt allegata per An-  
 char. *conf.* 196. *alijs* 112. *nu.* 67. & 68. &  
 aliorum, qui pro eadem opinione scripse-  
 runt; sed hoc casu non versamur in crimi-  
 ne misti fori: quia seminare oriza non est  
 de genere prohibitorum, cum ut testatur  
 Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. & *lib.* 22. *c.* 25. in Italia  
 maxima esset copia, & Theophrast. quod  
 sua ætate peregrinum, & illius semen ex In-  
 117 dia illatum fuerat, nullibique † jure illius  
 latio prohibita reperitur, idè sub causis  
 misti fori connumerari non potest. *Surd.* 120  
*in dict. conf.* 301. *nu.* 90. *vers.* & non est ve-  
 rum, *tom.* 3.

Unde Judices seculares eorum falcem  
 in alienam messem imponere non debent,  
 sed ad iudicem ecclesiasticum superiorem  
 videlicet, Metropolitanum, Nuncium,  
 vel Legatum, aut etiam Papam, si opus  
 fuerit, à quo in eventum recusationis si-  
 ne legitima causa cogatur inferior, ad  
 prohibendum clero ne feminetur oriza,  
 recurrere debent, per text. *in cap. nullus* &  
 ibi Innoc. *prope fin.* & post alios, quos ci-  
 tat Abb. *numer.* 2. *de jur. patron.* & *in cap.*  
*postquam, numer.* 8. *de elect.* Anchar. *eodem*  
*conf.* 196. *numer.* 7. & optimè Navar.  
*in relect. cap. novit, notat.* 6. *nu.* 25 *de iad.*

118 Et in simili † videmus, quòd quo-  
 tiescunque prætendunt laici clericos tene-  
 ri ad subeundem onera, nempè belli, aut  
 aliis de causis, ecclesiarum Prælati, &  
 etiam Papa, adiri debent, quorum con-  
 sensus, & auctoritas respectivè requiritur,

ut capitulo clericu laicos, §. nos. igitur, de  
 immunitat. eccles. in 6. & alijs, de quibus  
 supra.

119 Si verò magistratus seculares † eorum  
 prohibitionem non obstante speciales, &  
 particulares licentias seminandi, & co-  
 lendi oriza, ut interdum contingere so-  
 let, concesserint: tunc & multo magis  
 Præsulibus ecclesiasticis easdem licentias  
 concedere licebit, cum ipsi sint quibus-  
 cumque laicis iudicibus majores, *cap.* 1: *in*  
*fin.* 17. *distinct. cap. quis dubitet*, 96. *distinct.*  
 & *Psal.* 81. *ver.* Ego dixi, & ideo: quod mi-  
 nori licet, majori illicitum esse non de-  
 bet. Hujusmodi tamen facultates parce,  
 & non sine gravi & legitima causa laxari  
 debent.

120 In hoc negotio † magistratus secu-  
 lares cum Prælatibus ecclesiasticis communi  
 deberent consensu providere, ne in agris  
 à civitatibus saltem quatuor milliaria, &  
 ab oppidis, & castris mille passuum non  
 distantibus, serantur orizæ: quia, cum  
 illius natura sit in palustribus, & uliginosis  
 locis nasci, & exarescere, ut inquit  
 Dioscorides, idque usus comprobet, ne-  
 cesse erit, ubi naturaliter intra dictum spa-  
 tium palustria non habeantur ductu aquarum,  
 quæ ab agricolis peritis in prædia  
 derivari, & sulcis claudi solent arte, itagna  
 fieri, in quibus illæ aquæ putrescunt,  
 aëremque adeò noxium reddunt, ut ex  
 agricolis, & operariis, in hujusmodi orizæ  
 opere sese exercentibus, quamplures è vi-  
 vis decedant, castraque, oppida, & Civita-  
 tes, apud quas seminantur, insalubri coe-  
 lo depopulantur, ubi incolarum, & ci-  
 vium rara proles, & si, qui nascantur, om-  
 nes ante pubertatem intereunt, de quo, &  
 ipse de visu, & auditu testari possum, qui

Dddd 3 dum

dum Vicariatus munere fungerem in Episcopatu Vercellensi, & diocesiua visitare, in illius agro plura oppida, & castra depopulata, incolisque spoliata, ac fere derelicta, comperi, & à quamplurimis incolis, & laborantibus præmissa accepi: est enim valde absurdum, ut voracitate quorundam, qui ex semine, & cultura orizæ uberiores fructus percipere prætendunt (licet Dei iudicio quandoque decocti, & fugitivi recedunt) oppida, & castra devastentur, & propterea, ut homines pereant, † cum hominum gratia omnia sint constituta, §. *in pecudum in fin. ff. de usur. & Bart. in l. 1. numer. 1. ff. de stat. hom.*

122 Homo enim † est dignissima creatura *l. justissima juncta, gloss. in ver. dignitatem, de edil. edict.* Ideo formavit illum Deus ad imaginem suam *Genes. 1. & c. 2. de homicid. l. si quis in metallum. C. de pœnis cum pluribus alijs per Cepoll. in dicta l. justissime alleg. Matth. de Afflict. in constitut. Regni, lib. 2. rubr. 67. de Sacram. præst. bajul. §. de Burgensatibus, numer. 12.* Unde Ovid.

*Pronaque cum spectent animalia cœtera terram,*

*Os hominum sublime dedit, cœlumque videre.*

*Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

Et Virgilius:

*Igneus est illu vigor, & cœlestis origo.*

123 Propterea homini † omnia subijciuntur. *Genes. capit. 1. & Psalm. 8. vers. omnia subiecisti.* Nam ipse est compendium omnium rerum, quæ à summo opifice creatæ fuere: viderat enim ille supremus artifex, omnia frustra fuisse creata, nisi illis norma daretur, & finis, ad quem

res illæ, & universa mundi machina creata fuerat. Ideo fecit Deus hominē, tanquam normam omnium rerum, ad cuius finem omnia disponderentur, *ut in §. in pecudum, & ibi etiam gloss. iussit. de ver. devis. Lud. Gomel. in §. superest, num. 13. circa fin. iussit. de action. & cum hominis vita res sit inæstimabilis l. fin. C. de ijs qui deiecer. vel effud. Matth. de Afflict. super constit. Regni, lib. 1. de clandest. homicid. §. si damna, nu. 11.* illius maxime est habenda ratio. Ideo Principes, & magistratus minimè indulgere debent privatæ paucorum utilitati ortans seminantium in totius universitatis præjudicium,

125 Nam † prius debent Reipublicæ, quam singulorum utilitatem, & commodum præ oculis habere, cum publica utilitas privatæ sit præferenda, *c. scias frater, 7. qu. 1. l. pen. C. de primipil. lib. 12. l. pen. ff. de priv. vil. cred. & Bart. in auth. de hered. & salcid. num. 4.* Quare ad salutem corporum tuendam de aeris statu, & optima ejus qualitate conservanda impense est invigilandum: nam toti † in aere versamur, & vitam in eo ducimus, ita quodd sine haulu spiritus ultra horas septem, sine cibo, ultra totidē dies vita non durat. *Macrobius in som. scip. lib. 1. c. 6. circa fin. & qui ut experientia monet, si gravis sit, & corruptione obnoxius, quod maximè fit ex gravi stagnorum, lacunarumque efflatu, ut exhalatione innumeris morbis mortales inficiat, & extremum vita diem appropere, Unde verius.*

*Si cupis incolamem vitam traducere, cœlum*

*Effuge corruptum nebulis, nidore, lacunâ.  
Quodque movet madidus morboſis aſri-  
cus auris.*

Hiuc

Hinc prisca, quorum mens semper intenta erat ad egregia, & gloriosa facinora, salubres urbium situs, cœlumque salubre non minus magnificere, quam reliqua. Ideo urbes condituri cœli temperiem aërisque bonitatem potissimum delegere, quo, & civium vitæ contulerent, & exteri, hac arte illecti, ad eas habitandas numerosiores accurrerent, leges etiam, seita, & edicta promulgarunt circa ea, quæ ad aëris puritatem conservandam facerent, pœnis contra minus obsequentes propositis, quod etiam accuratè legitur præstitisse, Federicus hujus nominis Secundus Imperator, qui, ut publicæ utilitati prospiceret, & in suis civitatibus, & castris aëris salubritas conservaretur, inter alia in constitutione Regni utriusque Siciliæ decreverat, ut ea omnia, quæ foetidum, corruptumque aërem reddere possent, extra civitatem ad mille passus exportarentur, aut in mari, vel flumine proijcerentur, pluribus aliis, ad aërem à putredine liberandum, sancitis, ut in *constit. Regn. Sicil. sub tit. 48.* & ibi etiam gloss. *lib. 3.* quam refert Matth. de Afflict. in *constit. Regn. lib. 3. de conserv. aër. §. magna fuit, & seq. rubr. 34.* ubi inquit, Regem ex proprio officio, quantum in se est, teneri providere, ne in suis civitatibus aëris impuritas ulla fiat, quæ civibus, & subditis perniciem pariat. Et rectè quidem.

12 Nam, ¶ ubi impurus aër, ibi & morboſi, & pauci cives; quisque enim in salubre cœlum fugit; quod etiam, & in rationabilibus experimento videmus. Imò nec à peccato creduntur immunes, qui pestifera loca, sibi ad habitandum eligunt, ut potè Deum tentantes, Abb. in *cap. cum dilecti, num. 16 de dol. & contum.*

quem allegat & sequitur, Rip. in *tract. de pest. num. 8.*

129 Unde, ¶ sicut in multitudine ministrorum sita est Regis dignitas, ita, & in paucitate plebis ignominia principis, Salom. *Proverb. capitulo decimoquarto circa fin. & Dionis. Carthul. de quat. noviss. art. 63. circ. princip.*

Circa hujusmodi statuentes, eo nomine solent se tueri, quòd statuta, decreta, & ordinationes magistratuum secularium circa hanc materiam laicos tantum comprehendant, qui dum contraveniunt, pœnis comminatis plectuntur: quæ tamen non exercentur in clericos.

Sed licet, id extrinsecè verisimile videatur, tamen, si non directè, & expressè, tacitè saltem, & indirectè ecclesiarum, & clericorum bona comprehendunt, cum sine operariis laicis in ecclesiasticis prædiis, nec oriza seminari, nec alio modo clerici ex eorum prædiis redditus percipere possint.

130 Quando enim ¶ privilegiatus non potest commodè uti suo privilegio solus, etiam quòd non exprimantur personæ necessariæ ad illum finem, includuntur tamen in privilegio, arg. text. in *cap. licet, §. cum conceditur*, ubi etiam doctores, de *privil. in 6.* & bene Bald. in *auth. habita, numer. 9. C. ne fil. pro patr. Abb. in c. quam sit, num. 1.* & ibi etiam Felyn. in terminis post alios per ipsum allegatos etiam, *nu. 1. de iuda, & sarrac. & Surd. etiam post plures per ipsam citatos in conf. 301. num. 18. volum. 3.*

131 Unde ¶ etiam statutum, quo impositur pœna laicis pro facto clerici, dicitur contrarium libertati ecclesiasticæ.

sticæ. *Jal. in l. 1. n. 9. C. de ind. jud. toll. per tex. in c. sciant cuncti, de elect. in 6. Bart. in l. 1. in fin. ff. de ijs qua pœn. nom. relinq. & Felyn. post alios per ipsum allegatos in cap. ecclesia sancta Maria numer. 99. de constit. & est casus expressè comprehensus in Bulla Cœnæ Domini, sub numer. 16. versic. nec non, qui.*

132 Infertur præterea, † quod edictum Principis secularis, ne frumentum plus certo pretio ab eo constituto vendatur, vilegis nunquam ligabit clericos, *Abb. in repet. cap. Ecclesia sancta Maria, num. 15. versic. si lex, & ibi Felyn. numer. 40, in fin. de constit. & ita verbis expressis declarat Navar. in manual. cons. ff. cap. 23. numer. 88.*

133 *vers. quia in re ibi*, quia, † quamvis ijlegi seculari non subijciantur, subiecti tamen sunt legi naturali, & divinæ, quæ præcipit, ne quis sua ultra justum pretium vendat, & paulò post, quamvis charitatís Christianæ foret, ut Principes Ecclesiæ, qui maiore misericordia resplendere debent, taxas, & pœnas secularium quas ob misericordiam faciunt, suis edictis juvantur *eadem nu. 88. eandem etiam sententiam amplexi fuerunt Garz. de ult. fia. num. 158. cum pluribus seq. Val. de success. creat. §. 10. nu. 632. & 658 & §. 26. nu. 71. Bapt. Feret. conf. 37. in fin. vol. 1. Burlat. conf. 200. n. 50. post alios plures, Surd. in conf. 301. volum. 3. & Azor. lib. 5. institut. moral. cap. 12. in fin. tom. 5.*

134 Unde non subsistit contraria † opinio, quam aliqui tenuerunt, quia laici careant jurisdictione legis condendæ, seu edicendi super clericos *Dec. in dicto capitulo Ecclesia sancta Maria, num. 90. Azor. eodem cap. 12. §. tertio queritur cum alijs 137 alibi supra allegatis.*

Nec vera esset propositio, quæ in argumentum contra deduci posset, quòd, scilicet, matrimonia iniuri † constringi possint, ne contrahant cum personis certi loci; quia dicta propositio est contra libertatem matrimonij, & reprobara, tam antiquorum canonum dispensatione, *ut c. cum locum, & c. gemma, de sponsal. quam ex dispositione sacri concil. Trident. ut c. 9. de reform. sess. 24.*

Doctores autem contrarium tenentes loquuntur respectu lucri tantum, quod mulier contrahens contra formam statuti cum forense, amittat lucrum, quod alias fuisset consecuta, non autem, quòd propterea matrimonium non teneat, aut aliqua pœna incurrat. *Felyn. in dicto capitulo Ecclesia sancta Maria, nu. 60. & seq. & ibi Dec. num. 109. & 120. de constit. & Matth. de Afflict. super constit. Regni lib. 3. rubr. 20. de uxor. non ducen. nu. 5, quia materia matrimonialis est de jure poli, & non fori, & ibi num. 7. & per Judices ecclesiasticos causæ matrimoniales sunt cognoscendæ, ut probavi in cap. 24. numer. 6. tom. 1.*

136 Ultra † quòd dicta opinio non caret difficultate: imò contraria, quòd non amittat lucrum, est verior ex deductis per *Abb. in repet. dicto capitulo Ecclesia sancta Maria, num. 20. in fin. & per totid. & Dec. loco supra citato.*

Videmus, etiam quòd statutum civitatis Lucanæ prohibens forensibus officium procuratoris, non habet locum, nec vires in foro ecclesiastico. *Ancharan. conf. 18. in question. nu. 3. per text. in capitulo cum deputati, de jud.*

137 Ad quæ firmanda, argumentum † recte Cardin. Bellarm., adduci posset à ignis,

signis, & & prodigiis, quæ non rarò Deus ostendit in eos, qui ecclesiarum immunitatem violare præsumunt, de qua re ait, *140* multa legi apud Tilmannum Brendembachium *in lib. 5. sac. cellat.* & extare insignite testimonium Basiliæ Prophirogeniti Græcorum Imperatoris apud Balsamonem in Nomocanone Phoci in comment. canon. primo Synodi Constantinop. primæ, & secundæ, quam nos latini octavam Synodum appellamus, omnium ejus tempore calamitatum culpam conferentis in legem quandam Nicephori Phocæ prædecessoris.

*138* Ex quo lex, † inquit Basilius, ista robur habuit, nihil boni penitus in hodiernam usque diem vitæ nostræ contigit, sed potius è contrario nullum omnino genus calamitatis defuit. Itaque legem illam meritò irritam esse voluit, ac penitus abrogavit, *ut in 2. controv. gen. cap. 29. circa fin. vers. quintum argumentum, de cler. libro primo, tomo secundo, &*  
*139* Aistulphus Longobardorum, Rex † qui nimis perfide testamenta dono prædecessorum ejus Beato Petro collata præripuit, & facultates Ecclesiæ Romanæ militibus suis dedit, divino judicio, dum venatum perguit, subito percussus interiit, ut scribit Ado *in Chron. anni 1227.* quem citat idem Bellarm.

*in 3. controv. gener. lib. 5. cap. 9. §. de Aistulpho, tom. 1. arg. text. in cap. Anastasius, & Federicus II. Imperator Siciliae & Apuliae Rex contra libertatem matrimonii constitutiones edidit, quibus prohibebatur, ne feudatarii aliivè ejus subditi uxores ducere possent, aut filias, sorores, aliasvè consanguineas matrimonio collocarent sine ipsius Regis licentia, unde justo Dei Iudicio factum fuit, quòd semen ejus non est super terram; ut testatur Matth. de Affl. ct. ead. rubr. 20. de uxor. non ducen. num. 6. & in pralud. constit. §. nos itaque, num. 6.*

Ideo, quòd idem Imperator inquit, id fieri in conservationem honoris sui diadematis, potius dicendum est, id sibi præparasse in destructionem animæ, ut argutè vertit Andr. de Iern. *in constit. Regni in eodem tit. de uxor. non ducen. in ver. honorem, num. 60. pag. mibi 232.* cum per obliquum matrimonia à Deo instituta in Paradiso prohibere conaretur, *cap. 2. §. his ita, 32. quasi, 2.*

Vnde talis lex non ligat in foro Dei, Idem Iern. *ibidem*, ultra quòd fuerunt etiam postea per Caro. 2. ejusdem Sicil. Regem revocata, *ut in cap. item statui-mus; quod Comites, & cap. item servetur.*

## DE CONFRATERNITATIBVS.

### Cap. II.

#### S V M M A R I V M.

- 1* Clemens Papa VIII. modum, & formam, etiam erectionum confraternitatum, quare instituerit  
*2* Regulares salutatem aggregandi habentes

¶ ¶ ¶

¶ ¶ ¶

- bentes unam tantum confraternitatem possunt aggregare cum consensu tamen, & testimonio loci.
2. Confraternitates secularium unum tantum Religioni, aut Archiconfraternitati possunt aggregari, & quomodo, ibidem.
  3. Confraternitates debent esse erecta auctoritate, vel Apostolica, vel Ordinaria.  
Privilegium est strictè interpretandum, ibidem.
  4. Confraternitates non possunt aggregari sine consensu, ac testimonio sui Ordinarii.
  5. Roma caput omnium orbis ecclesiarum.
  6. Privilegium in abusum veniens, cessat.
  7. Vicia virtutibus proxima.
  8. Predecessorum instituta alioqui iusta tolluntur, si contrarium pariant effectum.
  9. Ezechias Rex laudatur, quod serpentem aneum destruxerit.
  10. Idem quod supra num: 8.
  11. Scandala, ut evitentur, plura contra juris regulas conceduntur.
  12. Pervocationes, quae fiebant in vigilijs Sanctorum, quare abrogatae. Vigiliae, quae pridie diei festi fiebant, quare sic dicuntur, ibidem.
  13. Idem, quod supra num. 11.  
Episcopus ad scandalum evitandum sua potest ecclesia privari, ibidem.
  14. Idem quod num. 11.
  15. Episcopi est scandala auferre.
  16. Idem, quod supra num: 2.
  17. Quare confraternitates secularium unum tantum Religioni, aut Archiconfraternitati possunt aggregari, & quomodo.
  18. Idem.
  19. Nemo in pluribus ecclesiis debet conscribi.
  20. Episcopo est totius dioecesis cura commissa.
  21. Idem quod num: 4.
  22. Episcopus de suo grege rationem reddere tenetur.
  23. Episcopus idem est, quod speculator.
  24. Episcopo maxima est circumspectio necessaria & vigilantia.
  25. Homo in malum pronus.
  26. Carolus Borromaeus sanctae memoriae Episcopus otiosum acriter reprehendit.
  27. Parochorum otia notantur.
  28. Militum laus quae sit.  
Imperatoris gloria in quo sit sita, ibidem.
  29. Pastoris animarum laus, quae.  
Vigilantia animarum curatoribus maxime est necessaria, ibidem.
  30. Animalia in sacris litteris oculis plena, quid denotent.  
Oculus in vertice sceptri apud Aegyptios, quid admoneat, ibidem.
  31. Idem quod supra num. 24.
  32. Episcopali munere, quomodo nil iucundius sit, nihilque laboriosius.
  33. Ordinariorum jurisdictio in quibus Gregorio XIII, ad pristinum statum sit restricta.
  34. Iuris communis dispositioni subjacent, quae ad juris terminos reducuntur.
  35. Indulgentiarum communicatio, quae, & quomodo fieri debeat.
  36. Archiconfraternitas non possunt alias societates pro se sibi aggregare nisi auctoritate Pontificia.
  37. Delegata facultas ad personas non expressas minime extenditur.
  38. Statuta confraternitatum non possunt impar-

- in partibus alijs societatis, nisi ab Ordinario approbata, & concessa, ibidem.
- Episcopo competit confraternitatum statuta examinare, & approbare, ibidem.
- 39 Idem quod supra,  
Confraternitates quorsum soleant institui, ibidem.
- 40 Idem, quod supra num. 38.
- 41 Episcopum auctoritas maxima, & circa quæ.  
Idem quod num. 38. ibidem.  
Confraternitates possunt ab Episcopis visitari, etiam si sint exempta, ibidem.
- 42 Episcopus est executor piarum dispositionum testatoris.
- 43 Villa, & castra territorij civitatis presumuntur esse de dioecesi Episcopi.
- 44 Episcopus in executione piorum legatorum est iudex, & procuratorem potest coram se ad agendum constitutere.
- 45 In concursu, Episcopus dicitur executor legatorum piorum, in cuius dioecesi bona sunt sita.  
Decretum in alienatione bonorum debet fieri ab eo iudice, cuius jurisdictioni bona sint subdita, ibidem.
- 46 Testator, quando prohibere non possit, ne Episcopus piam ejus dispositionem exequatur.
- 47 Et quare.
- 48 Cadavera sunt psalmis, & precibus sepultura tradenda.
- 49 Episcopus non potest disponere, ut ipsius cadaver contra Ecclesie ritum sepeliatur.
- 50 Idem, quod supra, num. 48.
- 51 In cadaveribus lachrymas fundere non est prohibitum.  
Cadaverum Christianorum cura apud antiquos maxima fuit, ibidem.
- 52 Lacedemonum mos super eadem corpora lugendi.
- 53 Aegyptij, quomodo defunctos lugebant.
- 54 Et, quomodo in Italia.
- 55 Idem, quod supra num. 51.
- 56 Idem.
- 57 Respha concubina pietas in cadaver Sauli commendatur.
- 58 Ob fletum matris super cadaver adolescentis, ille à Christo fuit resuscitatus.
- 59 Eadem de causa Lazarus ad vitam fuit revocatus.
- 60 Eiuslatus maximi super cadaveribus improbantur.
- 61 Fletus non est honor mortuo, sed hymni, psalmi, & vita optima.
- 62 Idem, quod supra num. 60.
- 63 Idem.
- 64 In cadaveribus lachrymas fundere est prohibitum.
- 65 Ad lamentabilem fletum super funus personas conducere non licet.
- 66 Idem, quod num. 64.
- 67 Mortem propinquorum, & amicorum non esse flendam.
- 68 Idem.
- 69 Propinquorum animarum potius, quam corporum mortem esse flendam.
- 70 Quod genus mortis deflendum.
- 71 Mos lavendi cadavera, à Christianis alicubi etiam hodie servatur.
- 72 Loto in cadaveribus Episcoporum praesertim commendatur.
- 73 Idem, quod supra num. 51.
- 74 Sepulcra magnifica antiqui extruebant.



- 76 Non tamen in civitatibus.  
Tumulari in civitatibus erat prohibitum, ibidem.
- 77 In urbe, & circa ecclesias cadavera sepeliri, quando fuerit permissum.
- 78 Idem.
- 79 Sepultura vendi, aut ex ea pretium accipi non potest.
- 80 Idem.
- 81 Quare non sunt vendenda sepulcra.
- 82 Mortuum prodest, ut in ecclesia sepeliantur.
- 83 In Cœneteriis etiam sepeliri prodest.
- 84 Recedentibus in peccato mortali sacra loca prodesse non possunt.
- 85 Idem.
- 86 Cadaver cuiusdam oratoris noctis tempore è sepulcro extrahitur.
- 87 Anima defunctorum quatuor modis à peccatis solvantur.
- 88 In presenti seculo nos invicem, sive orationibus, sive consilijs coadiuvari possumus.
- 89 Quae anima defunctorum solvantur à peccatis.
- 90 Officia pro defunctis, quibus diebus fiant.
- 91 Ad Episcopum spectat concedere facultatem quaerendi elemosynas pijs locis, ubi cadavera debeant sepeliri.
- 92 Idem.
- 93 Regulares procurantes, ut infirmi apud illas sepeliantur, pœnam incurrunt.
- 94 Mulier, etiam nuptia sepulturam sibi eligere potest.  
Et pater filijs quando, ibidem.
- 95 Terminos antiquos transire quis dicatur.
- 96 Episcopus omnia pia loca suae diocesis habet subdita.  
Limita, quod continetur, num. 4, ibidem.
- 97 Declaratur, quod continetur, num. 26.
- Declarat, quod continetur, num. 41.
- 98 Episcopi possunt visitare omnia hospitalia, & pia loca, eaque corrigere, & reformare.
- 99 Episcopus hospitalia, & pia loca suae diocesis visitare potest.  
Oratio ut à Deo exaudiatur, quae requiratur, ibidem.
- 100 Episcopus in quibus hospitalia, & pia loca corrigere possit.
- 101 Idem.
- 102 Gubernatores hospitalium, & confraternitatum sacrarum, Congr. & conc. Trid. decretorum transgressores, Episcopus, uti eorundem exesor excommunicare potest.
- 103 Forma constit. Clement VIII. super aggregatione, & indulgentiarum communicationib⁹ est diligenter servanda  
Idem, quod supra num. 35.
- 104 Actus non valet, praescripta forma minime servata.
- 105 Confraternitates, quas indulgentias inconsulto Episcopo publicare non possint.
- 106 Confraternitates Corporis Christi, quae sunt erectae, vel erigenda ex decreto S. Congregationis, Archiconfraternitati de Minerva in Urbe consentur aggregatae.
- 107 Decretum sacrae Congregationis super aggregatione omnium Sanctorum Corporis Christi.
- 108 Confraternitates secularium quibus Archiconfraternitatibus possint aggregari.  
Extensio statuti non fit, nisi per statuentem, ibidem.
- 109 Extensio statuti non fit de persona in personam.

- statutum loquens de uno, de alio contrarium disponit, ibidem.
- 110 In materia dispensabili non tantum excluduntur non expressa, sed etiam, qua ex propria significatione, late sumptò vocabulo, includuntur.
- Indulgentia à nemine possunt publicari sine Ordinarij licentia, ibidem.
- 111 Privilegia sunt stricti iuris.  
Et strictè interpretanda, ibidem.  
Privilegium mutatione qualitatis persona privilegiata perditur, ibidem.
- 112 Privilegium uni Regno concessum ad alia Regna non extenditur, indulgentia concessa altaribus sancti Hyacinthi intelliguntur de altaribus in Regno.
- 113 Polonia erecta tantum.
- 114 Proximum causam finalem indicat.
- 115 Dispositio per verba prateriti temporis non extenditur ad futura.
- 116 Consuetudo unius provincie non extenditur ad alias.
- 117 Indulgentie sunt omnes ab Ordinario recognoscenda adhibitis duobus de capitulo.
- Episcopus debet indulgentias quascunque in sua diocesi publicanda recognoscere, ibidem.
- 118 Nemo potest absque Ordinariorum licentia indulgentias publicare.
- 119 Limita, num. 110.
- 120 Indulgentia, qua fuerunt concessa porrigentibus manus adiutrices, revocata.
- 121 Indulgentia quare concedantur.
- 122 Matrices ecclesie ab inferioribus, quomodo recognoscenda.  
Declarat ibidem.
- 123 Pius Quintus indulgentias pro porrigentibus manus adiutrices, &c. revocavit.
- 124 Indulgentia gratis à Sede Apostolica accipiuntur. Ideo gratis impartienda.  
Gratia Dei pretio non vendenda, ibidem.
- 125 Idem, quod supra num. 121.
- 126 Constitutio Pij Quinti super revocatione Indulgentiarum facultatem quastuandi continentium.
- 127 Narrativa suprascripta constitutionis.
- 128 Indulgentiarum, quanam sub revocatione comprehendantur.  
Indulgentia quastuandi facultatem, quovis modo continentis revocata, ibidem.
- 129 Nulli quavis in dignitate fulgenti licet fasere quastus absque licentia Pontificis.
- 130 Pius Quintus in sua constitutione mandat Patriarchis, &c. ut publicare faciant dictam ejus constitutionem.
- 131 Pius Quintus nil vult obstare dicta ejus constitutioni.
- 132 Publicatio constitutionis Pij Quinti.
- 133 Idem, quod supra num. 128.
- 134 Episcopi vigilare debent, ne indulgentia expirata, vel sub aliqua revocatione comprehensa denuo publicentur.
- 135 Referenti non creditur, nisi constet de relato.
- 136 Iudicium non est temere de re aliqua ferendum.
- 137 Privilegia plerumque clauduntur cum restrictivis clausulis.
- 138 Eleemosynarum collectio à confratribus fieri non potest, mercis, cassis, vel pelvibus appositis, sed solum ad formam

- eis ab Ordinario praescribendam.*
- 139 *Confratres eleemosynas colligere non possunt inconsulto Episcopo.*
- 140 *Dioecesis tota est territorium Episcopi. Regulares facultatem habentes aggregandi altaria, erigere non possunt, ibidem.*  
*Regulares nil possunt in alieno territorio circa aggregatos decernere, ibidem.*
- 141 *Idem, quod supra nu. 111. Privilegium ad non expressa extendi non potest, ibidem.*
- 142 *Regulares super eleemosynis colligendis, processibusque faciendis, quid statuere possint.*  
*Supplicationes indicare, & ordinare ad Episcopum spectat, ibidem.*
- 143 *Ad solennes processiones tenentur accedere.*  
*Episcopi est processiones indicare, & ordinare, ibidem.*
- 144 *Limita.*
- 145 *Idem, quod supra num. 112. Idem, quod supra nu. 43, ibidem.*  
*Vni concessum non potest per eundem alijs fieri commune, ibidem.*
- 146 *Idem, quod supra nu. 140. Ad Episcopum spectat formam eleemosynas colligendi pjs locis praescribere, ibidem.*
- 147 *Limita.*
- 148 *Idem, quod supra num. 141.*
- 149 *Episcopus a confraternitatibus rationem administrationis singulis annis potest exigere.*
- 150 *Eleemosyna sunt in pios usus eroganda.*
- 151 *Episcopus jurare debet, ne eleemosynae in alijs, quam in pios usus convertantur.*
- 152 *Eleemosynarum virtus & efficacia.*
- 153 *Eleemosynis peccata redimuntur.*
- 154 *Idem, quod supra nu. 99.*
- 155 *Idem.*
- 156 *Regulares ad sacras confessiones audiendas non admittuntur, nisi ab Ordinario locorum sint approbati.*  
*Regulares non possunt se alieno obsequio subicere sine suorum superiorum licentia, ibidem.*
- 157 *Regulares confratres sibi ipsis aggregatos vigore privilegiorum suorum absolute vere possunt.*
- 158 *Vt absolvere possint, qua requirantur. Lex non recepta non obligat, ibidem.*
- 159 *Privilegium per non usum perditur.*
- 160 *Regulares a quibus casibus, & quorum privilegiorum vigore non possunt fratres suos, aut quosvis alios habitellum, vel corrigiam alicujus Religionis gestantes absolvere.*  
*Iesuita a casibus Ordinario reservati nequeunt absolvere, ibidem.*
- 161 *Absolutio duellantium est revocata.*
- 162 *Absolutio egredientium mentalium clausuram est revocata.*
- 163 *Priora posterioribus derogantur.*
- 164 *Privilegia confirmantur interdum, sed limitate.*
- 165 *Derogatio limitata limitatum producit effectum.*
- 166 *Confessarii a quibus casibus confratres, aut corrigiam, vel habitum alicujus Religionis gestantes, non possunt absolvere.*
- 167 *Idem.*
- 168 *Constitutio prohibitiva fortior est permissiva.*
- 169 *Quae indulgentia sint concessa accedentibus ab subsidium terra sancta.*  
*Concessum ab Innocentio Papa Crucisignatus quale, ibidem.*

- 170 Federicus Secundus Imperator contra Sarracenos crucis vexillum suscipit.
- 171 D. Dominicus haresim apud Tolosam gesticentem coërcuit.  
Idem, quod supra num. 169.
- 172 Ius idem statuitur, ubi eadem ratio viget.
- 173 Declaratio cap. excommunicamus, de heret.
- 174 Indulgentiæ non acquiruntur, nisi adimpleta integra conditione, sub qua conceduntur.
- 175 Indulgentiarum concessio non extendenda.
- 176 Idem, quod supra num. 173.  
Quæ cruce signatorum verè gaudeant privilegio eis concessio ab Innocent. Papa, ibidem.
- 177 Habilitas certarum personarum non extenditur ad personæ inhabiles.
- 178 Confraternitates S. Crucis nomine erectæ, quoad absolutionum peccatorum, non ampliori gaudent prerogativa quam ceteræ.
- 179 Idem quod supra num. 166.
- 180 Decretum irritans, omnia in contrarium gesta annullat.
- 181 Idem, quod supra num. 166.  
Idem quod supra nu. 166. ibidem.
- 182 Confraternitates novam aggregationis formam à Pontifice præscriptam impetrare debent.
- 183 Dicitio eo ipso, quid operetur.
- 184 Confratres non obtinentes novam aggregationis formam à Pontifice præscriptam, quibus poenis plectantur.
- 185 Poena remissio Papæ reservata, non potest ab inferiore remitti.
- 186 Verba, sublata aliter iudicandi facultate, in Apostolicis litteris quid efficiant.
- 187 Idem, quod supra num. 180.
- 188 Omnia, quæ continentur in constitutione Clement. VIII. debent observari, non obstantibus, &c.
- 189 Verba, illorum tenores, quid operentur.
- 190 Irregularitatem dispensandi facultas revocata.
- 191 Episcopus ab irregularitate ex delicto occulto proveniente potest dispensare.
- 192 Mariæ magnæ, & Bullæ aureæ facultas revocata.
- 193 Conjectura opus non est in re clara.
- 194 Dictiones, quibusvis, & cuiusvis, quid comprehendant.
- 195 Constitutio Clement. VIII. super reformatione indulgentiarum, & aggregationum.

**P**OST competentis Ordinariorum fori tractatum ad confraternitates, quæ non rarò varias ob causas Episcoporum iudicio subijciuntur, opportunè descendimus, & etiam tractaturi, quæ c. de indul. de quibus in secunda parte egimus, poterunt esse corrolario.

1. Confraternitates ꝑ. secularium, disci-

plinariorum nuncupatæ, Ordinariis non parvi sunt oneris: cum earum causa sæpe lites, discordiæ, & controvertiæ exoriri soleant, ad quas amputandas plures fuerunt perpetuæ editæ constitutiones, & novissimè præsertim Clemens Papa VIII. sua perpetuò valitura constitutione statuit, atque decrevit, ut in posterum locorum

omnium

- omnium totius Christiani orbis regularium ordinum, religionum, & institutorum, quibus confraternitates secularium erigendæ, & instituendi facultas concessa est, & Archiconfraternitatum, & congregationum quarumcumque, quibus alias confraternitates, & congregationes instituendi, erigendi, & sibi aggregandi, illisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta largiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus, & Apostolica Sede attributa fuit, magistri,
- 2 Piores & Officiales, seu Superiores † quovis modo nuncupati regularium siquidem Ordinum religionum, & institutorum unam tantum confraternitatem, & congregationem de consensu tamen Ordinarij loci, & cum litteris ejus testimonialibus, quibus confraternitatis, & congregationis erigendæ, & instituendæ pietas apud eos commendetur in eorum, & in quibuscumque aliis ecclesiis erigere, & instituere,
- 3 † cæterarum verò Archiconfraternitatum & congregationum dumtaxat, quæ Apostolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, religioni, & congregationi aggregata sit, † prævio similiter loci Ordinarij consensu, & cum ejus litteris testimonialibus, quibus aggregandæ confraternitatis, & congregationis pietas, & officia charitatis apud eos commendetur, sibi adjungere, & aggregare possunt, ut in litteris ejusdem Clem. VIII. sub die septimo Decembris anni. 1604. expeditis, & deinde de more in Vrbe publicatis, §. nos pro commisso: Quæ publicatio Romæ facta sufficit, & omnes afficit, ac, si in omnibus Christiani orbis Provinciis, & civitatibus facta fuisset, † Roma enim est om-
- nium orbis ecclesiarum parens, & caput Capel. Tolos. in decis. 445. n. 2. Gomel. in proem. Reg. Cancellar. num. 13. & Azor. lib. 5. institut. moral. cap. 3. vers. secunda opinio.
- Tunc enim fit, ut quæ pietatis, & devotionis zelo à Sede Apostolica concessa sunt, contrarium quandoque pariant effectum, cautius est gliscenti modo opportunè mederi, quàm permittere, ut paucorum incuria animarum multitudo pravus moribus inficiatur, aut in aliqua contracta labe sordescat.
- 6 Quia † privilegium, cum incipit esse nocivum, cessat vel saltem debet revocari, ut post Abb. in cons. 35. num. 3. par. 2. quem citat tenet Card. Tuse. pract. concl. tom. 6. conclus. 733. numer. 21. & abutens privilegio sibi concessio, perdit privilegium, l. iudæos, C. de iudæ, cap. privilegium, 11. quest. 3. ubi gloss. plenè not. l. qui sine de neg. gest. l. libera, ff. de pecul. Cardin. Tusc. eod. tom. conclus. 754. nu. 1.
- 7 Vicina etiam sunt ferè † vitia virtutibus, nec veritate, sed, quadam specie fallente, similia, D. Augustinus contra Iulian. lib. 4. cap. 3. nec vitium ullum præsentius venenum habet, quàm, quòd sub virtutis, vel pietatis titulo, venditur.
- 8 Hanc ob causam, † etiam successores prædecessorum instituta alioqui bona, & pietatem ipsam præ se ferentia, cum postea perniciofa, & contra piam optimamque Pontificum mentem exerceri conspexerint, statim, vel abrogare, vel immutare solent, & debent, c. 1. §. his ita respondetur, 35. qu. 1. §. quia sancta §. verum, quia in fin. & ibi gloss. in ver. destruantur, 63. distict. suggestum, & ibi Innoc. in fin. & Abb. num. 3. de decim.

- 9 Hinc ¶ immense commendatur in sacris Scripturis Israelitarum Rex Ezechias, quod serpentem æneum, quem Moyses multis annis ante in populi salutem erexerat *num. 21*, ex eo quod filij Israel contra Moylis mentem illi incensum adolerent, destruxerit, *4. Reg. cap. 18.*
- 10 Nam quæ primò, ¶ sine culpa esse poterant, si post in errorem, & superstitionem vertantur, illicò sunt Apostolica auctoritate destruenda, & abolenda, *eod. cap. quia sancta, & d. 9. verum quia 63. dist.*
- 11 Hinc, ad evitanda scandala ¶ plura etiam contra juris regulas conceduntur, & fiunt, de quibus nonnulla cumulavit Felynus *in cap. 2. num. 2. de prescript.*
- 12 Videmus etiam ¶ pernoctationes, quæ olim à pijs Christianis in vigilijs dierum festorum in Ecclesia fieri solebant, de quibus D. Ambr. *relatus in cap. nosse 76. dist. 1.* (ex eo enim vigiliæ dicebantur, quod fideles in templis in multam noctem vigilias producerent) ob earum abusum esse modò sublatas, & in jejunium commutatas.
- 13 Pro bono etiam pacis, & ¶ ad scandalum removendum, sua Episcopus Ecclesia, facta tamen illi æquali compensatione, privari potest, Innoc. *in cap. nisi, cum pridem nu. 4. vers. nos dicimus de re-nunciat. Abb. in cap. 1. num. 5. de elect. Felyn. in d. cap. 2. nū. 2. vers. decimo propter scandalum, & ad rem faciunt plura allegata per Rom. *cons. 332. & quoad primum consultationis num. 12. vers. quoad quartum, & usque in fin.**
- 14 Hac eadem ratione, ¶ cum in confraternitatibus toto Christiano orbe erectione privilegiorum, facultatum, & indulgentiarum illis ab Apostolica Sede concessarum, nonnulli exorti essent abusus, pravæque consuetudines indies ingruerent: tum ob plurimum, quàm necesse sit ad animarum salutem, dictorum sodalitiarum, & confraternitatum erectionem graves lites, discordiæ, maximæque interdù orientur cōtroversiæ, vel inter eas, & animarum parochos, vel inter ipsos confratres, aut inter ipsas confraternitates, quæ adeò acerrimè invicem aliquando consistantur, ut Ordinarijs locorum non leves curas iniiciant, eorumque tribunalia indefesse exercent quidvis aliud potiùs, quam pietatem, ad quam adscriptæ fuerant, sectantes; boni ¶ pastoris erat scandala, quæ ob huiusmodi discordijs, & litibus provenire solent, animadvertere, & illis opportuno occurrere remedio *juxt. cap. hi quoscunque 1. q. 1. & conc. Trid. in decret. de observ. & evitan. in celebr. miss. sess. 22.*
- 16 Propterea ¶ motus fuit Pontifex ad minuendum tot sodalitarum aggregationes, & ad statuendum, ut una tantum confraternitas legitimè erecta cuilibet Archiconfraternitati, seu congregationi aggregandi facultatem habenti in singulis civitatibus, oppidis, vel locis, aggregari possit, & optima ratione, quia, ¶ præter præfatas causas, pluralitas eisdem nominis inducit obscuritatem *l. duo sunt Titij ff. de testam. tut. l. si fuerit in princ. ff. de rebus dub. & las. in l. quoties num. 7. ff. de verb. oblig.* Nec una societas pluribus Archiconfraternitatibus, sed uni ¶ tantum potest aggregari, quia non licet amplius, quàm unum collegium licitum habere, *l. 1. §. non licet ff. de colleg. illic. & l. hac parte ubi etiam gloss. & Bart. C.*

de proc. sac. serin. lib. 12, Non enim parum animæ suæ salutis consulit, qui statuta, & regulas unius Archiconfraternitatis servat.

19 Præterea † regulare est, quod in pluribus ecclesijs neminem conscribi oportet cap. 1, 2, & 3, 21, q. 1, concil. Trid. in cap. 17, de reform. sess. 24. & facit text. in l. is quidem C. qui nil poss. vel non poss. lib. 12.

Ad hæc, ut dictæ constitutionis ordinem sequamur, quia † Episcopis animarum totus diœcesis est cura commissæ 20 conc. Trid. cap. 1, de reform. sess. 23, & in spiritualibus tota diœcesis de jure communi est territorium Episcopi cap. fin. in fin. & ibi gloss. in ver. diœcesim, de constit. cap. cum Episcopus de off. ord. in 6, Abb. in cap. ab Ecclesiarum num. 10, in fin. de off. ordin. Archid. in cap. perfectu num. 22, 25, dist. in cap. sicut num. 1. & 2, 7, q. 1, & l. nulli §. quod si in vico, ubi etiam Bal. num. 13, C. de Episc. & cler. ideo

21 † juris ratio postulat, quod aggregationes, & erectiones confraternitatum fiant, & erigantur de conse. su. Ordinariorum, cum ad eos pertineant ecclesiæ, in quorum diœcesi positæ sunt cap. omnes basilica, & ibi Archid. 16, q. 7, cap. si quis etiam de consecr. dist. 1, cap. conquerente §. nos autem, & ibi gloss. in ver. jurisdictionem, & Abb. num. 2, de off. ord. laicis

22 verò, † quamvis religiosi nulla est facultas de ecclesijs, aut rebus ecclesiasticis in temporalibus, seu spiritualibus disponendi cap. non placuit cap. laicis cap. praementis, &c. frigentius 16, q. 7, cap. Ecclesia S. Mariae de constit. cap. decernimus de jud. & ibi Doctores omnes, hæcque optima ratione Clemens VIII, statuit, ut

non, nisi de consensu Ordinariorum, confraternitatis erigerentur, instituerentur, & aggregarentur, nec quidquid in sua cujusque diœcesi fieret, in ecclesijs præsertim, quoad divinum cultum pertineret, ipsi Ordinarij esset incognitum, cum oves suas illi agnoscere debeant, & coram Deo de toto grege illis commisso rationem reddere teneantur, Paul. ad Herb. cap. 13, cap. 1, 13, quest. 1. in Concil. Trid. in cap. 1, de reform. sess. 6.

Nam, † qui ad Episcopatum vocatur ad labores, & ad difficultatum fastidium assumitur, est enim ecclesiarum regimen onus Angelicis humeris formidandum, concil. Trident. in cap. 1, §. integritas, de reformat. sess. In Angelis, in lib. de celesti Hierarch. cap. 102, quem sequitur S. Ambros. in lib. de ju. qui init. myste. Ideo Episcopus speculatoris nomen inditum, ut vigilet, ut pascat, & exploret, & quod vulgo dicitur, superintendat gregi Christi, de quo apud Ezechiel. 3, filii hominis speculatorem dedi te domui Israël, cui tanta circumspectio est necessaria, eaque sollicitudo, ut nullam sibi unquam securitatem possit polliceri, nec à vigilancia delistere.

† Nam aqua ab igne subducta statim refrigeratur, & terra, nisi assidue excolatur, spinas germinat, & herbas gignit, vel noxias, vel inutiles, juxta illud.

Neglectus ureda felix innascitur agru. In malum † prona est hominis natura, ut apud Apostolum. Non enim, quod volo bonum, hoc facio, sed, quod nolo malum, hoc ago, ad Rom. cap. 7. unde versus.

Cum meliora probem, deteriora sequor.

Ideò

Ideo numquam desunt, quæ sint con-  
vellaenda vitia, & pravitas, aut corrup-  
tela griscens, quæ sit comprimenda, imò  
omnibus in rebus nova sunt auxilia mo-  
dò spiritualia, modò temporalia molien-  
da. Nam, ut ait D. Hier. *lib. 3. ad Pelag.*  
Quomodo, qui adverso flumine lem-  
bum agit, si manum fortè remiserit, sta-  
tim retrolabitur, & fluentibus aquis,  
quo non vult, ducitur: sic humana con-  
ditio, si parum se remiserit, discet fragi-  
litate suam.

26 Unde † B. Carolus Borromæus Epif. 30  
coporum exemplar, in ejus vita acriter  
reprehendisse legitur Episcopum quen-  
dam, qui ad eum scripserat, sibi parum  
esse negotij, utpote vocem Episcopo  
prorsus indignam. Nemini, vel medio-  
27 criter sedulo, ac diligenti † ulla unquam  
dies sufficit rebus suis agendis, & tamen  
non desunt ex animarum curatoribus,  
qui, quasi in tuto sint omnia, sub tanta  
farcina soleant feriari, omnibus prorsus 31  
animi curis soluti; non advertentes,  
ineffabilem Christi Jesu in suas animas  
solicitudinem sanguinolentos Apostolo-  
rum labores, ut eas Domino lucriface-  
rent, arduissimam in die novissimo  
rationem, non solum earum rerum,  
quas commiserunt, sed etiam earum, 32  
quas pro suscepto munere omiserunt,  
reddendam esse.

28 Laus militis † ea est, si in conflictu  
fortis, in expeditione vigil, evaserit. To-  
ta Imperatoris gloria, in mira celeritate,  
& vigilantia consistit, Artium & disci-  
plinarum vis, & vita, in diligentia sita est.  
Remove diligentiam, omnia jacebunt,  
Hieronym. Orosius *de instit. reg.* eodem  
29 modo pastoris animarum † laus ea est, si

super gregem suum vigilet. Nec cœpisse  
sufficit, nam in via vitæ non progredi,  
regredi est, D. Bernard. *serm. 2. de Purif.*  
de hac vigilantia non semel nos admonet  
Apostolus, ut in 2, ad Thimot. 3, Tu verò  
vigila, in omnibus labora, & in Act. A-  
post. Attendite vobis, & universo gregi,  
in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episco-  
pos regere ecclesiam Dei. Et paulò post,  
propter quod vigilate. Ad quod etiam al-  
ludit illud Ieremiæ *cap. 1.* Quid tu vides  
Ieremia. Virgam vigilantem ego video,  
& † apud Ezech. *cap. 1.* Describuntur ani-  
malia illa, quæ totum corpus plenum o-  
culis habebant, indicantia attentionem,  
& circumspersionem maximè necessa-  
riam. Hinc apud Ægyptios in vertice  
sceptri oculus porrigebatur, quo Princi-  
pis vigilantiam, ac potestatem significa-  
rent, & in ædium sacrarum vestibulis  
leones effingi solebant, qui sacerdotum  
ostenderent vigilantiam.

Quæ, † licet sacerdoti cuique inferio-  
ri animarum curam gerenti necessaria sit;  
maxima tamen, & præcipua perpetuò  
imminet Episcopis, quorum munus est  
purgare, illuminare, & perficere popu-  
lum D. Dionys. *de eccles. Hierarch. cap. 1.*  
& seq.

Propterea † S. August. scripsit, Epif-  
copali munere nihil jucundius, & opta-  
bilis esse, si persuasoriè, aut adulatori-  
è agatur. Sed nihil apud Deum dam-  
nabilis, nihil verò laboriosius, aut pe-  
riculosius, si sedulo, & fideliter exer-  
cantur, ac nihil apud Deum beatus, si  
eo modo militetur, quo noster Impera-  
tor jubet in *Epist. 1408. relat. in cap. ante  
omnia 4. dist.* In hujusmodi labore, &  
periculo versabatur Paulus, dum dicit



instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum 2, ad Corinth. cap. 11.

33 Quamobrem † (ut institutam rem prosequamur) ne Ordinariorum jurisdictionis aliqua in parte perstringatur; sed, ut oves sibi creditas juxta antiqui juris communis, & decretorum sac. concil. Trident. dispositionem liberè regere, & ad viam salutis dirigere possent Gregor. Papa XIII. litteras Pij V. pro regularibus, ac in omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ, sive ex jure veteri, sive ex sacris sacri concilij Tridentini decretis, sive aliàs legitimè ante dictarum litterarum constitutionem editæ erunt, & si ipsæ non emanassent, futura fuissent, ad æquam dispositionem, & decisionem suamque pristinum, & integrum statum, ac terminum illa reduxit, & omnia in contrarium facientia sustulit, & abrogavit, ut in litteris ejusdem Greg. Pa-  
pe XIII. sub Dat. Romæ Kal. Martij anno 1572. de quibus in Bul. Rom. cap. 15.

34 Et, † cum fuerit reducta ad terminos juris, & decretorum sacri concilij Trid. remanent sub eorundem decretorum, & juris communis dispositione; Bar. in l. si & milites, §, sed & fortassis, ff. de excus. tut.

35 Confraternitatibus verò, † & congregationibus erigendis, instituendis, seu aggregandis ea tantum privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta, Ordines, & religiones concedere possunt, quæ eisdem Ordinibus, & religionibus instituendis, seu Archiconfraternitatibus, &

congregationibus, aggregationibus nominatim, & in specie, non autem per extensionem, vel communicationem illis quovis modo concessa sunt, & illa quidem, non sub generalibus verbis, vel ad instar, sed expressè, & in specie communicare valent, ut in eadem consir. §, huic verò Archiconfraternitates autem † & alij confraternitates sibi aggregantes, seu erigentes, id præstant auctoritate illis à Pontificibus delegata; cujus vigore possunt aggregare seu erigere, & gratias communicare; sed Societates † aggregatæ, aut erectæ, vel quibus privilegia, indulgentiæ, & aliæ gratiæ sunt communicatæ, non possunt easdem alijs communicare, quia delegata facultas ad alias personas, quàm expressas, prorogari non potest, c. P. & G. in fin. & ibi Abb. in priuc. & num. 13, de offic. deleg. Archid. in cap. rogo, num. 3, 11, q. 3. Bart. in l. 1. num. 6, & ibi Bald. etiam num. 6, ff. de jud.

38 Statuta verò † pro regimine confraternitatum edita confraternitatibus, & congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum fiunt, imperitari non possunt: nisi prius ab Episcopo diocesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus semper sunt objecta, ut in eadem constitutione §, statuta autem. Cum enim confraternitatum statuta ad Deicultum, aut animarum salutem, seu ad pauperes sustentandos sit instituta.

39 Episcopi etiam, † tamquam Sedis Apostolicæ delegati, ex officio juxta sacrorum

- erorum canonum dispositionem eadem statuta recognoscere, & ad animarum salutem moderari, & exequi facere debent privilegia, aut statuta, & consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus, concil. Trid. in cap. 8. de reform. sess. 22.
- 40 Idem ¶ vigore ejusdem constitutionis statuta confraternitatum moderationi, & correctioni Episcoporum sunt expressè subjecta, ut in d. §. statuta autem, & conc. Trident. eod. cap. 8. in fin.
- 41 Maxima quidem est ¶ Ordinariorum auctoritas, Anchar. conf. 155. num. 7. quem citat, & sequitur Card. Tusc. pract. concl. tom. 3. conclus. 254, præsertim in concernentibus confraternitates, & alia loca pia, quæ etiam, si sint exemptionis privilegio munita, eorumque cura, & administratio ad laicos pertineat, ab Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, possunt visitari, Clem. quia contingit §. ut autem præmissa de relig. dom. & concil. Trid. in cap. 9. de resor. sess. 22.
- 42 Sunt etiam Episcopi ¶ in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos executores, ut in eodem cap. 8. sess. 22. cap. nos quidem cap. si heredes cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam. dicta Clem. quia contingit, vers. nos in Curiam de religio. dom. & etiam de jure civili, ut l. nulli, C. de Episc. & cler. quod etiam servat, & tenet curia Archiepiscopalis Neapolitana, ut in rit. ult. num. 1, & 2.
- 43 Et omnes ¶ villæ, & Castra, quæ sunt de territorio civitatis præsumuntur esse de diocesi Episcopi, qui tanquam diocesanus, exequi debet testamenta ut in ipsis facta, ut distal. nulli, & ibi Bald. num. 13,
- C. de Episc. & cleric. in causa hujusmodi legatorum piarum, ¶ quorum executio ad ipsum spectat, potest Episcopus etiam esse iudex, & constituere procuratorem ad agendum coram se, Gemin. conf. 2. 14. quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. 191. 3. conclus. 257, num. 7.
- 45 Sed in concursu ¶ ille Episcopus dicitur executor, in cujus diocesi sita sunt bona distribuenda, non autem ille, in cujus jurisdictione testator morabatur, quia, sicut decretum necessarium in alienatione honorum interponi debet per illum iudicem, in cujus jurisdictione sita sunt bona, ita etiam executio spectat ad illum Episcopum in cujus jurisdictione sita sunt, ut post Roman. conf. 250 in prin. quem citat & sequitur Card. Tusc. tom. 3. concl. 293, num. 27. quem vide de hac re in eadem conclusione plura suo more disertè differentem.
- 46 Nec potest testator prohibere, ¶ quominus Episcopus exequatur ejus voluntatem in concernentibus dispositionem ad pias causas factam; si executor nominatus adimplere distulerit, & in auth. de Eccl. tit. §. si quis autem pro redemptione, & ibi Bart. in princ. & gloss. dicto cap. tua nobis in ver. interdici, & ibi Abb. num. 5, & idem tenet Feder. de Sen. conf. 293, per tot. quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. ex conclus. 293, num. 38, ubi dicit, quod si testator dederit executores, & deserint, vel negligentes fuerint, siue non dederit, & utroque casu prohibuerit, ne Episcopus se intromittat, hoc non obstante, Episcopus erit executor contra disposita à testatore per auth. licet C. de Episcopis, & Clericis, quia ¶ privata dispositio testatoris non potest generalem

lem institutionem legis, vel canonis immutare, *cap. sic quidem* & ibi Archid. & Præpos. num. 2, 10, *quest. 1, l. nemo potest* & ibi Bar. num. 1, & ff. de leg. 1, & dicta gloss. in ver. *interdici*. & Bald. in d. *auth. licet C. de Epif. & cler.* Ve in simili videmus, testatorem non posse disponere, ut contra communem Ecclesiæ usum corpus suum sepeliatur.

48 Ideò, † cum cadavera sint ecclesiasticæ sepulturæ juxta pium Ecclesiæ ritum, cum psalmis tantummodo, & psallentium vocibus deferenda, ut c. *qui divina* 13, *quest. 2.*

49 Si quis testator † aliter mandaret, ut scilicet, cum tubis, & cantibus profanis, aut aliter contra communem, & piam Christianæ sepulturæ consuetudinem sepulchro traderetur, ut disposuit quidam doctor, qui mandavit, cadaver suum sepeliri cum tubis, & indui familiam suam de rosato; talis dispositio esset bestialis, & non servanda, ut inquit Paul. de Castr. in l. *non oportet C. de his, qui, ut indign.*

50 Qui verò divina vocatione † ab hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo, & psallentium vocibus debent ad sepulchra deferri. Nam funebre carmen profanum, quod vulgò defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximos, aut familias cedere, est omnino prohibitum, sufficit autem, quòd in spe resurrectionis Christianorum corporibus famulatus divinorum impenditur canticorum: Religiosis aliter fieri est prohibitum, & sic Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum, concil. Toletan. 3, *cap. 22, & cap. qui divina*, 13, *quest. 2.*

Magna fuit apud antiquos Christianos

† cura cada verum, qui hominem sibi primum mortuus fuerat, lavabant, *Act. 4. post. cap. 9.* Euseb. *lib. 7, cap. 22*, & super cadavera plangebant: curaverunt Stephanum viri timorati, & fecerunt plangitum magnum super eum, *Luc. Act. cap. 5*, Et Apostolus Paulus plorantes super mortuos spe resurrectionis consolatur ad Thessalon Epist. 1, *cap. 4*, & consuetudinem super mortuos lugendi antiquam esse testatur, Orig. *lib. 3, in Job & D. Hier. in Ep. ad Eust. de obitu Paulæ.* † Lacedæmonibus erat mos mortua hominum corpora lugendi diebus undecim, *l. Licurgus tempus presinitum* Io. Boem. *de moribus om. gen. lib. 3, c. 3. sub fin.* Tartari tricesimo die in funeribus ludum finiunt. Idem *l. 2, cap. 10*, ut etiam Germani, qui tamen mortuo ter iusta persolvunt, primo videlicet die, septimo, & tricesimo, *idem lib. 3, cap. 12, circa fin.* † apud Aegyptios, ubi aliquis defunctus est, propinquos omnes, & amici Dei turpato luto capite lugentes civitatem, quoad mortuus sepeliatur, circumeunt interim, neque lavantur, neque vinum capiunt, aut cibum, nisi vilem, nec vestibus utuntur splendidis, aliaque habent in curando, & sepeliendo cadavera instituta, ut non minus singularia sint, quam admiranda, *idem lib. 1, cap. 5, circa fin.*

Talis enim Assyriorum luctus in funeribus, qualis est apud Aegyptios in Italia quoque, † & apud Christianos defunctorum exequiæ diverso licet more lugentur; alij enim veste lugubri obvoluti magis, quam vestiti mortuum vario dierum ordine luctu prosequuntur, alij lamentabili fletu cadavera sepulturæ tradunt. Nec certè negari potest, triste, &

- & lugubre admodum spectaculum esse cum cadaver intuemur exangue, immobile, foetidum, escam paulò post vermi-  
 581, *Machab. c. 9. cir. med.* & unicus & viduae filius adolescens vita functus ad matris fletum fuit à Christo à mortuis excitatus, *Lucæ cap. 7.* ac una cum Marthia, & Magdalena sororibus & lacrymatus Jesus ad sepulcrum Lazari fuit visus lacrymari, *Ioan. cap. 11.* qui tamen non flevit Lazarum mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit ærumnas resuscitandum, *cap. qui divina 13, quest. 2.* & Durand. *de mod. gen. conc. celebr. rubr. 6, nu. 2.* Cæterum, si in hujusmodi fletibus, ac lacrymis, modum excedemus, non mediocrem vituperationis notam nobis ipsis incurrimus.
- 55 Fili, & inquit Ecclesiastes, in mortuum, produci lacrymas, & quasi dira passus, 60 incipe plorare, & secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam ejus, *Idem Eccles. cap. 38, num. 16.* & supra mortuum plora, deficit enim lux ejus, *idem ecclesiast. cap. 22.*
- 56 Idem & lugebat populus Israëliticus 61 Moysen diuturno 30, dierum planctu, *Deut. cap. ult. cir. fin.* obitum Saulis, ita Rex David est contristatus, ut æternam posteritati sanctæ in hostem chari 62 tatis memoriam reliquerit 2. *Reg. cap. 1.* idem super tumulum Abner lacrymarum vim maximam fudit, *ibid. c. 3. cir. fin.* in morte verò Absalonis, quos ejulatus emiseric, testatur scriptura, *ibidem cap. 18. & 19.*
- 57 Commendata fuit Resphæ & concubinae pietas, ob pium in cadaver Saulis officium præstitum, *ibidem cap. 21, cir. med.* longo fletu sepulturæ traditus fuit Iudas Machabæus ab universo populo, dum cadaver sepulcro conderetur, *cri-*  
*nes*

nes interim, quandoque subridendo, genas laniando, & brachia nudando, ut etiam antiquis, & ethnicorum temporibus fieri solebat, qui ita mortuos lugent, quasi animæ cum corporibus moriantur, & desperata sit omnis futuræ salutis expectatio, pectora rudent, ululatus, vocibusque nefandis aures omnium implent, Card. Paleotr. in *Archiepiscop. Bononien par. 3. in monit. habent. in funer. exempt. 1.* quæ in antiqua præsertim lege prohibentur, *Levit. cap. 19.* ubi per

63 Moysen ¶ inquit Dominus, super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stemmata facietis vobis, ut in *Deuteron. cap. 14.* non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo.

64 Et apud Christianos ¶ ijs Christianæ pietatis officijs maximè repugnant, quæ debentur propinquis, & amicis, qui sic Deo volente, in cuius manu est vita, & mors, ab hac vita ad aliam migrarunt, ubi bonorum operum suorum præmia reportabunt. De immoderato huiusmodi mœnore intelligit ¶ Paulus Apostolus, dum, inquit, nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut, & ceteri, qui spem non habent, ad *Thessalon. c. 4.* Illud magis execrandum, quod fit à nonnullis, qui viros, & mulieres ad lamentabilem statum, super funus pecunia conducunt, qui circa cadaver plorantes defuncti vitam alioqui, dum viveret forte perversam, & impiam factaque collaudent. Ideo Divus Cyprianus: ¶ nobis, inquit, sæpè relatum est, fratres nostros non esse lugendos accensione Dominica de seculo liberatos, cum

65 sciamus, non eos amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes,

desiderari eos debere non plangi, neque accipiendas esse hic atras vestes, quando illi ibi indumenta alba jam sumpserint, occasionem dandam non esse gentibus, ut nos meritò, ac jure reprehendant, quod, quos vivere apud Deum dicimus, & extinctos, ac perditos lugeamus, unde fratres defunctos lugeri, ac plangi omninò prohibet, ut in *serm. de mortalit. & cap. quem præposterum, 13, q. 2.* præterea ¶ lugere, ac deplorare, ac lamentari eos qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit, D. Ioan. Chrysostom. *Homil. 26. cap. 11.* Epist. ad Hebr. *dicto cap. ubicumque sepeliantur, eadem quest. 2.* In quo turpe esset omninò, Christianos lumine cœlesti illustratos, ac de carnis resurrectione certissimos ab ethnicis aliquibus superari, qui tanto animi robore, tantaque fortitudine, obitum suorum sustinuisse leguntur, ut nec cultum quidem, aut vestem mutarint, vel affectum aliquè ostenderint, tantum abest, ut vis fuerint muliebriter lacrymari, Val. Maxim. *lib. 5. cap. 10.* de Thaletis Milesij fortasse edocti sententia, ¶ qui dicebat, mortem non esse stendam, cum inter vitam, & mortem nil intersit, cum utraque res æquè secundum naturam esset, nec mortem malam magis esse, quam nativitatem, Bruson. *lib. 7. c. 24.* eadem tenebant, stetum nil ad mortuos prodesse. Unde Solon, cum filium lugeret sibi defunctum, dicenti cuidam, ut luctui parceret, cum nihil proficeret, & propterea hoc inquit lacrymor, quia nihil proficio, Idem Bruson. *lib. 4. cap. 10.*

69 Cæterum ¶ non esse dolendam, propinquorum, & amicorum mortem à Domino admonemur, dum viduæ illi

Naim

Nam dicebatur noli flere, *Luc. cap. 7.* & mulieribus ad Calvariam montem Dominum ipsum jam jam moriturum comitantibus Filia Hierusalem nolite, inquit, flere super me, *Luc. c. 22.*

70 Mors animæ potius deſtenda, quam corporis, quæ miſerè moritur ob peccatum commiſſum, quo nihil turpius, nil triftius, nil magis metuendum reperiri poteſt Carp. Paleot, *ibidem exemp. 4.* ita, ut etiam corporalis mortis cauſa extiterit, dicente Apoſtolo, per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors *ad Rom. cap. 5,* ad quod, & illud facit Biantis Philoſophi, qui, ꝑ rogatus, quod genus mortis malum eſſet, quod, inquit, legibus eſt conſtitutum, ſentiens, eam mortem malam eſſe, & delendam, quam delictis turpiter, & ignominioſè promeruimus, & debitum liſtori, ac carnifici præſtamus officium, & illorum mortem eſſe deplorandam, qui ob malefacta dant poenas, *ad Paul. Manut. in Apophteg. in Socrate lib. 3, num. 53,* cui optimæ conferunt, quæ ſcripſit Macrobius, *in ſom. Scip. capit. 13,* ant. ſin. lib. 1, quæ omnia intelliguntur de exceſſu in morte deſunctorum.

72 Laudabilis verò mos ꝑ ubi eſt, ut corpora deſunctorum ante humationem latent non eſt improbandus, & eum morem fuiſſe in Gallijs reſert S. Gregorius Turonen. *in lib. de gloſſ. confeſſ. cap.*

73 104, & hodie nōdum improbat, ſed ꝑ cominendatur præcipuè in humatione cadaverum Episcoporum, quorum corpora à cubicularijs ipſorum deſunctorum aqua calida cum vino, & herbis odoriferis ſunt lavanda, & mundanda, & ſi ita hæredibus videbitur, poſ-

sunt etiam aperiri, & aromatibus condi, quo caſu eorum inteſtina ſtatim in eccleſia debent ſepeliri, *ut in Cerem. lib. 2, cap. 38, §, convocet.*

74 Maxima enim cura adhibebatur ꝑ in deſunctorum corporibus ſepeliendis, quoniam ungebantur, & myrrha, & aromatibus condiebantur, ut teſtatur S. Gregorius Papa *in cant. anno lib. 4, cap. 32,* *Genef. cap. 5,* & plures citat Malon. *in opere de ſacr. Synd. cap. 1, ſub num. 14.* & in eccleſijs occidentalibus, quæ fieri ſolita eſſent in unguendis, & veſtiendis deſunctorum corporibus, explicat Pruden. Hymno ſequentē.

*Hinc maxima cura ſepulcris,  
Impenditur, hinc reſolutos  
Honor ultimus accipit artus,  
Et ſuneris ambitus ornat  
Candore nitentia clare  
Prætendere lintea nos eſt,  
Aſperſaque myrrha Sabao  
Corpus medicamine ſervat,  
Quidnam ſibi ſaxa cavata  
Quid pulchra volunt monumenta,  
Res quod niſi creditur illis  
Non mortua, ſed data ſomno.*

75 Extruebant etiam veteres ꝑ magnifica ſepulcra, ut teſtatur S. Io. Chriſoſt. *in humil. 79, in Ioan. cap. 17,* & hoc eſt notiſſimum fere in omnibus mundi partibus, & præcipuè in Urbe Romana, in qua, etiam modernis temporibus conſtruantur. Antiquis enim temporibus ſepeliebantur cadavera ꝑ extra civitatem, ut plurimum eccleſiæ extra civitates, & oppida ædificantur, ut etiam hodie per totam Italiam pluribus in locis conſpici poteſt, & corpora mortuorum in civitatibus tumulari prohibitum erat

Gggg de

de jure Casareo, ne civitas corrumpere-  
tur fetore, ut in *l. mortuorum, C. de relig.*  
& *sumpt. fun. gloss. in cap. cum gravia 13.*  
q. 2, Adrianus etiam 40. aureorum pec-  
niam statuit in eos, qui in civitate sepul-  
crum faciunt, locumque iussit publicari,  
& corpus inde transferri eadem magistra-  
tibus poena imminente *l. 3, §, Divus*  
*Adrianus, de spol. viol. & fuit etiam*  
prohibitum, ne tumularentur in basili-  
cis Sanctorum per conc. Bracaren in 2  
*cap. 36.*

77 Romæ autem † principalia Cœmeteria  
erant extra Urbem: postea, pace eccle-  
siæ data, intra Vrbes ad templorum limi-  
na, ut *cap. precipiendum 13, quest. 2,* ubi  
etiam gloss. Duran. *de modogen. concil. cel.*  
*rub. 11, num. 1, par. 3, tract. tom. 13,* & de-  
inde in ipsis templis, ut sepelirentur,  
mos inolevit, ut *cap. nullus mortuus ead.*  
*quest. 2, l. 2, C. de sacrosanct. eccles. & Du*  
*rand. eadem rubr. 11. num. 1.*

78 Lycurgus † primus fuit, qui laconis  
permitteret, in Vrbe sepeliri cadavera  
tamen etiam circa templa sortiri monu-  
menta Io. Boem. *de mor. gen. de Europa,*  
*lib. 3, cap. 3, circa med.*

79 Pro sepultura tamen in Ecclesia † fa-  
cienda Episcopus, aut parochus, nec qui-  
vis alius, quidquam accipere possunt,  
cùm hoc sit prohibitum, ut *cap. quest. est*  
*nobis, cap. postquam, cap. in ecclesiastico,*  
*ead. 13, quest. 2, & cap. abolenda de sepult.*  
Duran. *de mod. gener. conc. celebr. p. 1. rub.*  
*20, n. 7, par. 2, cap. 3, & Rip. in tract. de*  
*potest. de rem. present. conc. post num. 108.*  
84 *per cap. non satis, & seq. de simon. ubi tenet,*  
consuetudinem, aliquid pro sepul-  
tura exigendi, non valere, nec esse ser-  
vandam, *ibidem numero 109. cùm ibi*

multis cumulatis, quem omnino vide,  
quoniam † omnia quæ de terra sunt, in  
terram convertuntur, Memento homo,  
quia terra es, & in terram ibis, *Genes.*  
*cap. 3, Eccles. 40, Quid terra es, & terram*  
vendis. Recordare, quia non hominis,  
sed Domini est terra, & qui habitant in  
ea *Psalm. 23,* gratis accepisti à Deo, gra-  
tis da pro eo, *dicto cap. in ecclesiastico, ead-*  
*dem quest. 2.* Hieremias Episcopus Re-  
menus † cur non sint vendenda sepulcra,  
addit rationem, quod sit terra illa conce-  
pta putredini, & non deceat de alieno lu-  
ctu facere compendium, ut in Epistola  
ad ecclesiam Ternacensem, est tamen li-  
citurum pro luminaribus, & eleemosynis  
moderatis, juxta laudabilem consuetu-  
dinem, aliquid accipere pro officijs, quæ  
sunt in cadaverum tumulatione, & ec-  
clesiæ manutentione.

82 Prodest † enim mortuis, si in ecclesia  
sepeliantur, eò, quòd eorum proximi,  
quoties ad eadem sacra loca veniunt, suo-  
rum, quorum sepulcra aspiciunt, recor-  
dantur, & pro eis Domino preces fun-  
dunt, Sanctus Gregorius *lib. Dialog. cap.*  
*50, relictum, in capit. cum gravia, 13, quest.*  
*2,* tum quia specialiter commendantur  
patrocinijs illorum Sanctorum, in quo-  
rum nomine dedicata est ecclesia. Et †  
ibi potius curari debent homines sepeliri,  
ubi est major concursus popularum,  
gloss. *in d. c. cum gravia in fin. & c. ubi-  
que temporum, ead. quest. 2.*

Quibus tamen peccata dimissa non  
sunt, † à sacris locis post mortem adju-  
vari minimè possunt, qui, si in sacris lo-  
cis sepeliri faciunt, restat, ut de sua præ-  
sumptione iudicentur, quia eos sacra lo-  
ca non liberant, sed culpa temeritatis

accusat, ut inquit S. Aug. *relat. in c. quibus peccata, dicta q. 2.* quia orationes, quae in eis fiunt, illis non suffragantur, ubi per 87  
85 gloss. unde cum B. Greg. † memorasset corpus cuiusdam Valentini à sepulcro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam projectum, subiungit: Ex quo Petre, collige, quia hi quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua præsumptione iudicentur *in l. 4. Dial. c. 53. ac in sum. ar. post d. c. quibus peccata, mihi dum in civitate Beneventi agerem fuit relatū (erat enim*  
85 tunc casus recens.) † quod cū nū quadā  
ecclesia extra, sed propè dictam civitatem cadaver cuiusdam Prætoris fuisset humatum, nocte sequenti maximus strepitus in eadem ecclesia auditus fuit, unde sacerdotes ibi commorantes à lecto surgere coacti fuerunt, & cum ecclesiam ingressi fuissent, viderunt lapidem sepulcri revolutū, & introsipientes, corpus non invenerunt.

Quapropter animæ defunctorum, quas gravia peccata non deprimunt, sūt expian-  
87 da. Quod fit † quatuor modis, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus Sancto-  
rum, aut charo- rum elemosynis, aut jejunio cognatorū, *c. non estimamus, & c. anima defunctorū, 13, q. 2.* præcipue enim sol-  
vitur oblationibus sacerdotū, per Altaris sacrificiū, concil. Trid. *c. 2. de sac. mis. sess. 22. & in decr. de Purg. sess. 25, c. non estimamus, & c. pro obeuntibus, 13, q. 2.*

88 Scimus in præsentī sæculo † sive orationibus, sive consilijs, invicem posse nos coadjuvari, cū autē ante tribunal Chri-  
sti venimus, non Iob, non Daniel, neque Noè rogare posse pro quoquam, sed unūquemque portare onus suum, tradit S.  
Hier. *in Epist. ad Galatas c. 6. & ad verba*

unusquisque onus suum, & *cap. in præsentī, ead. 13, q. 2.*

Neque † negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia fiunt, sed hæc eis profunt, qui cū viverent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt, secus autem illis, qui erant ab ecclesiastica unitate præcisi, quia sacris est canonicis institutum, ut quibus non commanicavimus vivi, non communicemus defuncti, *cap. Sacris est. de sepult.*

90 Observantur quidem aliqui dies † in officij mortuorum, nam aliqui tertium, alij septimum, alij trigésimum, alij quadragesimum observare consueverunt, ut inquit Sanctus Ambr. *in lib. de obitu Theod. Imp. circ. princ. & supra de nonnullis notavimus.* De quadragesimo testatur scriptura, quæ defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioseph pueris suis sepulcorib. ut sepelirent eum, & sepelierunt sepulchros Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies. *Gen. cap. 50.* ut etiam de Moysen scriptum est. Quia plauerunt filij Israël Moysen diebus triginta & consummati sunt dies luctus, *Deut. cap. 34.*

91 Sepeliri autem † (si aliud non sit dispositum) debet quilibet in sepulchro suorum majorum, *Genes. c. 49, c. unaquæque, & item Ioseph. 3, q. 2. & c. 1. de sepult.* licitum tamen est unicuique volenti, aliam sibi eligere sepulturam, *ut eod. S. item Ioseph. 7. exemplo igitur & c. cum liberam, ext. de sepult.* quia † ultima voluntas defuncti pro lege servanda est. *ut in aut. de nap. S. disson. coll. 4, & c. ult. volunt. ead. 13, q. 2.* In elect. autē sepult. debet etiā voluntas omnino libera esse, adeo quod † uni-



versus religiosos, & regularibus clericis  
 cujuscunque status, vel conditionis exi-  
 stant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac  
 sub interminatione maledictionis æter-  
 næ, districtè est prohibitum, ne aliquos  
 ad vovendum, jurandum, vel fide inter-  
 posita, seu aliàs promittendum inducant,  
 ut apud eorum ecclesias sepulturam eli-  
 gant, vel jam electam ulterius non im-  
 mutant, quòd, si secus factum fuerit,  
 irritum existit, & inane, ita quòd, qua-  
 cumque contradictione cessante, omninò  
 apud illas ecclesias, apud quas sepeliendi  
 de jure fuissent, si aliàs sepultura ele-  
 cta forsitan decessissent, sunt sepeliendi,  
 secus facientes, & prædictos in suis ec-  
 clesijs, vel cœmeterijs sepelire præsu-  
 mentes, ad restitutionem, tam sepulcro-  
 rum corporum, si petatur, quàm etiam  
 omnium, quæ occasione sepulturæ illo-  
 rum prævenierint, quomodolibet ad eof-  
 dem infra decennium integraliter facien-  
 da sunt obligati, quamvis fecerint ec-  
 clesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, &  
 cœmeteria earundem ex tunc eo ipso, &  
 tandiu manent ecclesiastico suppositæ in-  
 terdicto, donec ab eis tacta fuerit resti-  
 tutio plenaria omnium prædictorum, ut  
 statuit Bonif. VIII. ut in c. 1. de sepult. in 6.  
 24. Mulier etiam nupta, † liberè potest li-  
 bi eligere sepulturam, ut in cap. de uxore  
 & c. de sepult. & pater filijs impuberi-  
 bus eam eligere potest, si consuetudo lo-  
 ci id habeat, ut ead. cap. de uxore, §. u-  
 trum autem & c. licet pater, eod. titul. in 6,  
 alias in sepulcro suorum majorum, aut in  
 parochiali sunt sepeliendi, non enim sunt  
 transgrediendi termini antiqui, quos po-  
 fuerunt patres nostri, Prover. cap. 22,  
 28. terminos enim † antiquos transgredere, qui

parochianum alterius ad sepulturam ad-  
 mittit, capit. 1. in fin. junct. gloss. fin. ext.  
 de sepult.

96. Episcopo, † licet subsint omnia ora-  
 toria, & loca religiosa, & omnes eccle-  
 siæ suæ diocesis, ut post Oldr. cons. 274, al-  
 legatum à Card. Tusc. pract. concl. tom. 3,  
 concl. 245, tamen excipiuntur ab ejus vi-  
 sitatione confraternitates, collegia, &  
 alia loca, quæ sub Regum immediata  
 protectione sunt, quæ sine earundem  
 Regum licentia ab Ordinarijs visitari non  
 possunt, ut in eod. cap. 8, de refor. sess. 22.  
 97. Sed pluries dubitari contigit, † quænam  
 loca sub dicta immediata protectione esse  
 dicantur, ad quod dicimus ea esse, quæ  
 ita à primava earum erectione sunt fun-  
 data, & erecta, atque eo speciali privile-  
 gio munita, ut scilicet, locorum Ordina-  
 riarum in illis jurisdictionem exercere non  
 possint. Non autem omnia hospitalia,  
 quæ sunt in ditionibus Regum, & ita de-  
 claravit congregatio concil. Trid. super  
 eod. cap. 8, in decis. que incipit, an in excep-  
 98. tione. Quinimò † possunt Episcopi visita-  
 re omnia hospitalia, & pia loca quovis  
 modo nuncupentur, etiam si sint privata  
 laicorum, eaque corrigere & reformare  
 in casibus à jure concessis, nempe ob ne-  
 gligentiam, vel dilapidationem bono-  
 rum, utque testatoris voluntas servetur,  
 ut per eandem congreg. fuit decisum su-  
 per eod. cap. 8, in decis. incip. Episcopus, pos-  
 se pro qua decis. fuit Abb. in cap. officij,  
 num. 7, de testament. in cap. ad hac de relig.  
 dom. & Paris. in cons. 34, num. 38, vol. 4.  
 99. Hospitalium enim † Episcopus est  
 præcipuè cura commissæ, quæ, si ad cer-  
 tum peregrinorum, aut infirmorum, vel  
 aliarum personarum genus suscipien-  
 dum

dum fuerint instituta, nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia similes personæ, aut per pauci reperiantur fructus illorum, in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior, ac pro loco, & tempore utilior sit, converti debent, prout Ordinario cum duobus de capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit, nihil aliter forte in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum quo casu, quod ordinatum fuerit, curare debet Episcopus, ut observetur, aut si id non possit, ipse, prout supra viriliter providere tenetur, Concil. Trident. ind. cap. 8, de refor. sess. 25. & clem. quia contingit, de relig. dom. qua in eod. cap. & in cap. 15, de reform. sess. 7, est innovata cum derogationibus in ea contentis. Administratores autem, & seu gubernatores eorumdem hospitalium ad instar tutorum & curatorum juramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inventarium conficere, & Ordinarij, seu alijs, quibus subsunt loca hujusmodi, vel depurandis ab eis annis singulis de administratione sua tenentur reddere rationem d. clem. quia contingit, §, ut autem, & ibi gloss. in ver. annis, Abb. Zachar, & Alexander in cons. 1. numero 4, lib. 7.

101 Si verò dicti gubernatores commiserint negligentiam, vel defectum, locorum Ordinarij, etiam si hospitalia prædicta exemptionis privilegio munita consistant, per seipos, vel alios, præmissa adimpleri fovere tenentur, & gubernatores, seu rectores eisdem non exemptos propria, exemptos verò, & alios privilegiatos Apostolica auctoritate compellere debent. Contradictores cujuscunque

status, aut conditionis existant, ac præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel favorem per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia compescenda, ut in eadem clem. §, nos incuriam.

102 Hacque ratione, & auctoritate gubernatores, administratores, rectores, seu magistros hospitalium, & confraternitatum, sacrorum canonum, & sacrorum conc. Trident. decretorum contemptores, & transgressores, Episcopus, uti eorumdem executor, excommunicare potest clem. 1, de atar. & qualir. & Pius IV. in litteris confirmationis concilij incipientibus Benedictus Deus, § mandamus autem, de quibus in fine conc. & in Bull. Rom. cap. 96, & ad id Episcopi tenentur, cum illis mandetur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis, de quibus in eod. §, mandamus, quod contradictores per sententias censuras, & pœnas ecclesiasticas compellant.

103 Archiconfraternitates verò, & congregationes aggregantes, aggregandi, & communicandi formam novissimè approbatam diligenter observare debent, juxta quam privilegia, & indulgentias, aliasque gratias sibi ipsis nominatim, & expressè, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessas, ipsis confraternitatibus, & congregationibus erigendis, institutis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possunt, ut in §, in super volumus, & §, ¶ non servata forma data à dicta constitutione, corrui adus, & non valet aggregatio, cap. cum dilecta, & ibi Felin. num. 6. circ. med. ver. gesta contra formam, de rescript. cap.

*fin. de restit. spoliat. & Rom. cons. 236 nu. 8.*  
 107 Quibus indulgentijs, † privilegijs, & indulctis confraternitates, & congregationes, tam hactenus aggregatae, quam in posterum aggregandae ejusdem duntaxat nationis, nominis, Ordinis, religionis, & Instituti Archiconfraternitatis, & congregationis, cui aggregatur, uti, potiri, & gaudere possunt. Itaut dictarum confraternitatum, & congregationum, erectarum, institutarum, & aggregatarum à quibusvis communicationes factae sint, ministri, officiales, & alij su  
 praescripti privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulctia hujusmodi, praevia tamen recognitione Ordinarii loci ( qui adhibitis duobus de ejusdem ecclesiae capitulo, illa juxta sacri conc. Trid. decretum promulganda decernant ) debitis temporibus promulgare valent. *ut in eadem constit. §. in super ver. quibus confraternitates, & conc. Trid. in cap. fin. §. indulgentias verò, de reform. sess. 21.*

106 Est tamen advertendum, † quod confraternitates sanctissimi Corporis Christi, ubique terrarum Apostolica, vel Ordinaria auctoritate erectae, vel erigendae, absque nova aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione novissime de ordine summi Pontificis per sacram congregationem indulgentiarum declaratae fuerunt, fore, & esse participes quorumcumque privilegiorum, concessionum, indulgentiarum, facultatum, gratiarum, & indulctorum à Sanctitate D. N. Pauli Papae Quinti Archiconfraternitati sanctissimi Sacramenti de Minerva in Vrbe concessorum, & ejusdem sacrae congregationis decreto declaratum fuit,

cujus tenoris hic ad lectoris commodum adscribendum duxi, & est talis.

Decretum sacrae Congregationis indulgentiarum, quo declaratur Sanctissimi Sacramenti confraternitates, omnes canonicè ubique erectas, vel erigendas, posse juxta fel. recor. Pauli III. constitutiones frui indulgentijs, privilegijs, & gratijs spiritualibus Archiconfraternitati S. Mariae super Minervam, à sanctissimo D. N. Paulo V. nuper concessis, ac in posterum concedendis.

107 Licet fel. † rec. Paulus Papa III. per binas suas constitutiones concesserit, ut sanctissimi Corporis Christi confraternitates omnes, & singulae ubivis locorum tunc instituta, ac instituenda, jisdem privilegijs, concessionibus, indulgentijs, gratijs, & indulctis, quae confraternitati ipsius sanctissimi Sacramenti in ecclesia S. Mariae super Minervam de Vrbe erectae à se largitae fuerant, ac in posterum largirentur, uti, potiri, & gaudere possent, ac deberent: quia tamen per Apostolicas Constitutiones, & ordinationes, quae deinceps emanarunt, praesertim verò per recolendae mem. Clem. VIII. Constit. de aggregationibus editam facultates, & Indulgentias, tam supradictae S. Mariae de Minerva, quam caeteris omnibus confraternitatibus antea concessae, aut abrogatae, aut saltem moderatae comperiantur, aliaque de hoc genere decreta sunt, ex quibus in dubium revocari posse videtur, an hujusmodi Pauli III. concessiones pristinum suum robur adhuc retineant.

Congregatio Illustriss. & Reverendiss. S. R. E. Card. à Sanctiss. D. N. Paulo divina providentia Papa V. Indulgentiarum

reformationi præfectorum, optant sum 198  
 moperere, sacratiff. Sacramenti veneratio-  
 nem, & cultum in dies magis augeti, ad  
 idque Christi fideles spiritalibus gratijs  
 excitari, speciali Sanctitatis suæ ordine  
 viva vocis oraculo habito decernit, ac de-  
 clarat juxta eandem Pauli III. Constitutio-  
 nem omnes, & singulas confraternitates  
 Sanctissimi Corporis Christi ubique ter-  
 rarum hæcenus Apostolica vel Ordinaria  
 auctoritate erectas, vel de cœtero erigen-  
 das absque nova, aut peculiari alia con-  
 cessione, communicatione, vel aggrega-  
 tione fore, ac esse debere participes quo-  
 rumcunque privilegiorum, concessio-  
 num, indulgentiarum, facultatum, gra-  
 tiarum, & indultorum à Sanctitate sua  
 Archiconfraternitati sanctiff. Sacramenti  
 de Minerva per Breve. Dat. Romæ Apud  
 S. Petrum die 3. Novemb. 1606. nomi-  
 natim, & expresse concessorum, ac in  
 posterum à Sede Apost. concedendorum,  
 illisque omnibus, & singulis uti, potiri, &  
 gaudere posse, ac debere statim, atque cō-  
 fraternitatū earundem erectio Apost. vel  
 Ordinaria auctoritate facta fuerit, servata  
 tamen in reliquis omnibus prædicta Clem.  
 VIII. Constitut. Non obstantib. constitu-  
 tionib. & ordinationib. Apost. de indul-  
 gentijs ad instar non concedēdis, nec alijs  
 cōtrarijs quibuscūque. Dat. Romæ die 15.  
 Febr. 1606. subscrip. R. Card. Bellarm. 112  
 Anton. Episcop. Anagn. Secretar. Romæ  
 ex Typograph. R. C. Apost. 1606. Dixit  
 ejusdem ordinationis ordinis, &c. Quia privile-  
 gia, & gratia uni nationi concessæ, non  
 possunt alijs nationibus cōmunicari. Nec  
 confraternitates aliarum nationum, Or-  
 dinum seu religionum non suo ordini,  
 vel religioni possunt aggregari. Nam

198 † statutum loquens de quibusdam reli-  
 giosis, non extenditur ad alios, nisi ex-  
 tensio fiat per superiorem, cap. con-  
 stit. ubi etiam gloss. in ver. prorogamus,  
 de reg. in 6. & Abb. in cap. quod quib. s.  
 dam, num. 2. de fidejuf. Nec extensio  
 † fit de persona in personam, cap. sanè,  
 de priv. Imò statutum præciè loquens  
 de uno, de alio contrarium disponit,  
 l. cum Prator, de jud. Et, † quando sum-  
 mus in materia dispensabili, quòd laici  
 aliquid possunt circa spiritualia, tunc  
 nedum non veniunt, non expressa: sed  
 neque veniunt ea, quæ ex propria signifi-  
 catione vocabuli, latè sumpto vocabulo  
 venirent. Abb. conf. 57. Attingam, nu.  
 5. ver. item cum sumus par. 1. &  
 Card. Tuf. pract. concl. tom. 3. concl.  
 659. nu. 5.

111 Ulterius † privilegia regulariter stri-  
 ctè sunt interpretanda, Bart. in l. si quan-  
 do, nu. 1. C. de inoff. test. & Jas. in l. bene-  
 ficium, nu. 33. ff. de const. prin. & concessa  
 uni nationi, ut puta Teutonicis, seu  
 Germanis non extenduntur ad Italos,  
 Gallos, & Hispanos, quia privilegiata  
 qualitas mutatione personæ differentis  
 mutatur, & perditur privilegium, arg:  
 text. in cap. un. §. verum, de jur. part. in  
 6. bene las in l. si fundum. §. si pater fami-  
 liar, nu. 8. ff. de leg. 1. Ceph. in conf. 58.  
 nu. 51. par. 1. Privilegium enim † uno  
 Regno concessum non extenditur ad alia  
 Regna. Menoch. in tract. de reti. poss. rem.  
 3. nu. 353. & Cou. pract. quest. cap. 3. nu. 5.  
 113 Hinc infertur † ad quæstionem alias  
 coram me agitatam, cum enim Cle-  
 mens Papa VIII in canonizatione  
 S. Hyacinti concessisset omnibus altari-  
 bus sub invocatione ejusdem sancti  
 erectis

erectis indulgentiam plenariam perpetuam rationibus, & causis, de quibus in litteris Apost. desuper expeditis fuit à me quaesitum, an omnia altaria sub eodem titulo post canonizationem erecta dicto privilegio gaudeant, unde visis litteris Apost. illisque diligenter consideratis, respondi ex lectura procerum earundem litterarum constare de mente Papæ concedentis. Narratur etenim, quod in Regno Polonia à quàm plurimis personis pijs in honorem ejusdem S. Hyacinti, valde ante  
 116 illius canonizationem fuerant erecta altaria, apud quæ preces fundebantur, ejusque nomen colebatur, qua propter, expositis pluribus miraculis, quæ ut piè creditur ejusdem Sancti intercessione fuerunt operata, eadem altaria erecta in partibus  
 117 illis ab Vrbe longinquis dicto Indul. plen. privilegio perpetuo donavit. Id clarè ostendit procerum in quo tantummodo de altaribus in illo Regno ante canonizationem ejusdem Sancti erectis verba habentur. Nam ¶ procerum causam finalem indicat, l. si. & ibi Bar. nu. 3. ff. de her. instit. l. si in l. si pacto, quo pœnam, nu. 14. C. de pact. & Paris. conf. 56. num. 24. vol. 4. Præterea verba litterarum sunt clara, quibus conceditur indulgentia plenaria altaribus erectis, disponunt enim per  
 118 verba ¶ præteriti temporis, quæ trahi non possunt ad altiora in futurum erigenda, l. quedam non referuntur, ff. de jur. codicill. l. si ita legatum, ff. de aur. & arg. leg. & Bar. in l. talis scriptura, S. hanc autem, num. 1. vers. opponere secundo, ff. de legi  
 119 Et cuique est notissimum, nunquam concessam fuisse indulgentiam plenariam omnibus altaribus sub invocatione cujus Sancti erigendis, nec al-

taribus Beatissimæ, semperque Virgini Mariæ, quæ alijs omnibus Sanctis tot, tantisque meritis excellit. Unde nec interpretandum est, hujusmodi indulgentiam altaribus sub invocatione prædicti erigendis fuisse concessam, quia, cum in litteris legatur altaribus erectis, non autem erigendis, quod scriptura non dicit, nec nos dicere debemus & ab illius verbis non est recedendum l. prospexit, ff. qui, & à quibus.

¶ Nec specialiter concessa in Regno Polonia extenditur ad alia Regna, & Provincias, quia consuetudo unius Provincie ad alias non extenditur, Bursat. conf. 311. n. 7. & Ondend. conf. 101. num. 38. vol. 1.

¶ Indulgentiæ, & aliæ ¶ spirituales gratiæ, ad indulta eisdem confraternitatibus concessa ab Ordinarijs locorum, adhibitis duobus de ejusdem, ut supradictum fuit, ecclesie capitulo, sunt recognoscendæ juxta sacri conc. Trid. dispositionem, ut in cap. 9. de reform. sess. 21.

¶ Nec aliquis sine Ordinariorum licentia, vel auctoritate, potest eas publicare, non obstante quacunque exemptione, etiam si sint regulares, aut in ecclesijs ipsorum regularium, nec prætextu privilegiorum, etiam confraternitates rosarij, ut per sacram congreg. super eod. c. 9. fuit decisum in decis. quæ incipit deinceps, & alia decis. super cap. 5. sess. 22. de reform. incip. nemo poterit.

¶ Cæterum ¶ cetera decisio procedit, quoad indulgentias, quæ de novo conceduntur. Antiquas verò à summis Pontificibus regularibus concessas usu receptas, & non revocatas, possunt  
 ijdem

ijdem regulares etiam nullo cum Ordinaris verbo facto, publicare, ut in *decis. super eodem capit. 9. quæ incipit Indulgentias.*

120 † Revocata enim sunt omnes indulgentiæ concessæ pro porrigentibus manus adiutrices, concil. Tridentin. in *decis. de Indulg. sess. 25. & Pius V. in constit. de qua in Bullar. Rom. capit. 30. sub S. nos qui Deo.*

121 Quia † non conceduntur indulgentiæ pro pecuniis extorquendis, sed, ut fideles in pijs operibus Christi exerceantur, & ut aliorum liberalitate miserorum inopiæ succurreretur, Cardin. Bellarm. *de Indulg. lib. 2. c. 9. §. 4. tom. 3.*

Hinc illud resolvitur, quo quæritur, an habentes facultatem aggregandi, seu uniendo confraternitates in dictis civitatibus, & oppidis, (dummodo oppida, seu castra, in quibus huiusmodi aggregationes, seu erectiones fieri contingeret, spacio duorum, vel trium millium passuum distent) si forte fiant in his locis præcipue, in quibus nulla adsint monasteria ejusdem Ordinis aggregantis, possint loco illius elemosynæ, quæ ab incolis oppidi, seu castri, cui aggregatio non conceditur, & quandoque à pijs devotisque viris illuc devotionis causa confluentibus monasterio offerri contingeret, uti matriæ ecclesiæ, aliquid singulis annis in signum recognitionis exigere, & de pecunia, vel alia re huiusmodi eidem matriæ annis singulis ab aggregatis offerenda in erectione, seu aggregatione pacisci, & videtur affirmativè respondendum.

122 Quia matriæ † ecclesiæ per inferiores, & ab ea dependentes aliquid offerre, non solum non est prohibitum, quinimò est de

jure concessum, & cap. venerabili ubi etiam gloss. & Abb. d. verb. signif. Tamen ab ecclesiis matriæ, ut sunt metropolitanae cathedrales, Baptismales, & alia similes ad aggregationes confraternitatum, seu erectiones capellaniarum pro Indulg. consequendis, non benè inferitur, quia Pius † Papa V. omnes indulgentias pro porrigentibus manus adiutrices, & continentes, quomodolibet facultatem quæstuandi concessas, revocavit, ut *infra.* Conceduntur enim à Sede Apostolica † facultates aggregandi, & indulgentiæ huiusmodi gratis, & gratis illas accipientes, gratis dare debent, *Matth. c. 10. & cap. quicquid 1. qu. 1.* Gratia enim Dei non venditur, sed donatur, S. Joann. Chrysost. in *Marc. Homil. 13.*

125 Non enim hi celestes † Ecclesiæ thesauri ad quæstum, sed ad pietatem exercendam conceduntur, concil. Trident. in *c. 9. de reform. sess. 21. & Card. Bellarm. de Indulg. lib. 2. c. 9. §. 4. tom. 3.* Unde idem Pius V. quamplurimis querelis ex diversis mundi partibus ad ejus auditum perlati, quod vigore diversarum indulgentiarum alias concessarum, plures abusus irreperint in præjudicium animarum, ad illos eradicandos, motu proprio suam perpetuè valituram edidit constitutionem tenoris *infra scripti:*

126 Pius † Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Et si Dominici gregis salutem semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere nos, & prædecessores nostri studuerunt, per quæ peccatorum mole deposita, salus ipsis succedat, & hostis humani generis servitute ereptas animas lucrifaciant. Altissimo, qui eas nobis

¶ h h h sua

sua bonitate commisit; id tamen perpensi-  
ori studio nos præcavendum esse cense-  
mus, ne cujusvis indulgentiæ remissionis,  
vel facultatis obtentu Christiani fideles pro-  
cliviores ad illicita in posterum commit-  
tenda reddantur, aut facilitas veniæ eis pec-  
candi tribuat incentivum, & exinde clavi-  
um auctoritas deducatur in contemptum,  
& Christi fideles quamplurimum scanda-  
lizentur. Sanè, cum ad auditum nostrum  
ex diversis mundi partibus quamplurimæ  
querelæ perlatae fuerint, quod vigore di-  
versarum indulgentiarum, & facultatum  
per præsecessores nostros, ac etiam nos,  
127 vel auctoritate nostra, tam fabricæ  
nostræ basilicæ Principis Apostolorum,  
& ecclesiæ S. Joannis Lateranen. de Urbe,  
ipsiusque ecclesiæ necnon S. Joannis, & S.  
Lazari Hierosolymitani, ac S. Spiritus  
in Saxia, & S. Joannis Lateranen. ac S.  
Jacobi Incurabilium de eadem Urbe, nec-  
non S. Elmi, S. Bovis, ac S. Gothardi, &  
S. Leuguzoni, necnon S. Nicolai, & S.  
Bernard Montis Ionii, nec non S. Leo-  
nardi, & S. Marthæ necnon Sanctissimi  
Crucifixi Straculan. ac S. Mariæ de Mon-  
te Serrato Hospitalibus, ac etiam Sancti  
Sebastiani prope, & extra muros dictæ Ur-  
bis, necnon Sancti Antonii Vienen. diocæ-  
cesis, & redemptionis captivorum nuper  
Neapoli instituto monasteriis, illorumque,  
ac diversis aliis ecclesiis, Monasteriis, Hos-  
pitalibus, Militiis, confraternitatibus, so-  
cietatibus, & piis locis concessarum multi-  
questores, ex eisdem indulgentiis lucrum  
temporale tantum querentes nominibus  
fabricæ ecclesiarum, hospitalium, mona-  
steriorum, militiarum, confraternita-  
rum, societatum, & piorum locorum  
prædictorum in diversis civitatibus, &

& diocæsis quæstus facere, confratres  
describere, capellas, & oratoria erigere,  
illisque erectis indulgentias hujusmodi  
communicare, & in diversis gradibus à  
jure prohibitis dispensare, ac plura etiam  
concedere, quàm eis vigore facultatum  
prædictarum licitum sit, ipsique lucro in-  
intenti pecuniasque potius, quàm Christi-  
fidelium salutem querentes, ac eisdem in-  
dulgentiis sic abutentes, quæstum ex illis  
particularem facere conantur, variosque  
& diversos quæstores, commissarios, pro-  
curatores, receptores, thesaurarios, facto-  
res, nuntios & alios ministros constituere,  
qui non solum supradicta, sed etiam plura  
alia eis nunquam concessa, facere, & con-  
cedere, necnon locorum Ordinarios illo-  
rumque in spiritualibus Vicarios genera-  
les, & officiales, ac ministros ecclesia-  
rumque, & Ordinum, Prælatos, Superio-  
res, & personas quæstas hujusmodi im-  
pedientes censuris ecclesiasticis innodare,  
& alias in pluribus graviter excedentes in  
Divinæ Majestatis offensam suarum, &  
Christifidelium animarum perniciem,  
& ordinorum perturbationem & pia-  
rum mentium scandalum præsumunt.  
Nos qui, Deo propitio, gregis domini-  
ci, meritis hec insufficientibus, curam  
gerimus, & illum spiritualis thesauri elar-  
gitione cupimus ipsi Deo reddere accep-  
tabilem, ex præmissis, & aliis rationabilibus  
causis animum nostrum moventibus fel-  
record. Calisti III. Clementis VII. Pau-  
li III. Julij similiter III. & diversorum  
aliorum Romanorum Pontificum præde-  
cessorum nostrorum vestigiis inheren-  
tes, motu proprio, non ad alicujus no-  
bis super hoc oblatae petitionis instan-  
tiam, sed de mera nostra voluntate & de-  
libe-

beratione omnes, & singulas indulgentias, etiam perpetuas & peccatorum remissiones fabricæ, & ecclesiæ huiusmodi, necnon Sancti Joannis Hierosolymitani, etiam pro constructione, & ædificatione illius novæ civitati prædictis, in quibusvis alijs hospitalibus, monasteris, ecclesiis, domibus, militiis, Ordinibus, etiam mendicantium congregationibus, confraternitatibus, & pijs locis illorumque Ordinibus, capitulis, conventibus, magistris, Superioribus, & tam secularibus, quam quorumvis, etiam mendicantium Ordinum regularibus personis, tam singulariter, quam universaliter, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam  
 12 motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusvis, etiam urgentibus causis, etiam causa redemptionis captivorum, & alias quomodolibet concessas, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæstuandi facultatem quomodolibet continent, illarum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præsentibus pro expressis habentes auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò revocamus, Et insuper perpetuò hac nostra valitura constitutione decernimus, quòd ex nunc de cetero sub indignationis nostræ pœna,  
 130 prætextu indulgentiarum, & facultatum per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & Sedem Apostolicam, etiam motu simili, ac Sedis Apostolicæ legatos, & alios quomo-

dolibet concessarum, & quas à nobis, & Sede prædicta in posterum verbo, literis, aut quavis alia scriptura, etiam manu nostra signata, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in favorem, aut Cruciatæ Sanctæ, vel cuiuscunque alterius piæ causæ etiam privilegiatæ, concedi quomodolibet contigerit; & nullus, quavis etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut majori dignitate, etiam Cardinalatus honore, seu etiam Regali, vel temporali excellentia præfulgeat, audeat, vel præsumat quæstus facere aut nuncios quæstores, commissarios, thesaurarios, receptores pro illis recipiendis in dictis hospitalibus, ecclesiis, domibus, monasteriis, militiis & alijs supranominatis, vel pro eis, aut illorum nominibus alibi constituere & deputare, nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, de qua per litteras nostras, & ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis locorum Ordinariis, vel eorum in spiritualibus Vicariis, seu officialibus derogationem præsentis nostræ constitutionis illius tenore de verbo ad verbum inserto expresse continentis: Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quidquid fecus super his à quocunque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, constare debeat.

Mandantes & in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Prælatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus, & diocesis suis præsentibus nostras litteras publicare, & observa-

H h h h 2 re de-



Te debeant, rogantesque omnes, & singulos Principes seculares, & alios dominos, & magistratus temporales, eisque per vitæ misericordiam Domini nostri Jesu Christi in remissionem peccatorum tuorum injungentes, quatenus in præmissis eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum auxilium, & favorem præstent cum auxilio brachij secularis.

131 Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, nec non provincialibus, & Synodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non fabricæ ecclesiæ, hospitalium monasteriorum, militiarum, confraternitatum, ordinum, capitulorum, conventuum aliorumque locorum prædictorum, & quorumvis illorum membrorum ecclesiarum, etiam cathedralium, & metropolitanarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, & præsertim S. Joannis, & S. Lazari, & Sancti Spiritus in Saxia hospitalibus, necnon S. Antonij, de Sancto Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Jonij monasteriis, ipsorumque monasteriorum hospitalibus, singulorumque eorum conventibus superioribus, & personis præfatis per quoscunque Romanos Pontifices, Prædecessores, ac nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu

simili, & ex certa scientia, ac quavis etiam Imperiali, vel regali consideratione, vel instantia, & alias quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam, si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialibus specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenoris hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentis litteræ in Cancellaria nostra Apostolica, & acie Carpi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuò valituras describantur.

132 ¶ Et quia difficile foret, easdem præsentis ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

nostræ revocationis, cessationis, irritationis, annullationis, vacationis, decreti, mandati, inhibitionis, derogationis, voluntatis & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum, Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ, millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto. Sexto Idus Februarij Pontificatus nostri Anno secundo.

133 Unde si illa etiam indulgentiæ, quæ visitantibus aliquam ecclesiam certis diebus, & aliquid hujusmodi loco pio pro eorum arbitrio, & devotione erogantibus concessæ fuerant, ut quæ quæstionandi facultatem quomodolibet contineant, sub dicta constitutione Pij V. revocatoria indulgentiarum manus adjuvantes porrigentibus concessarum comprehenduntur, ut consulu-  
Navar. de pœnit. & remiss. conf. 2. nu. 7. alias  
conf. 17. nu. 6. par. 2.

134 Quare si id summam pastorum curam postulat, & vigilantiam, ut scilicet videant diligenter, ne hujusmodi aliæve indulgentiæ antiquæ revocatæ denuo per compendia, aut summaria, ipsis inconsultis, imprimantur, aut alio quovis modo in publicum prodeant. Solent enim nonnulli hujusmodi summaria, aut compendia, aliæve indulgentias plenarias revocatas, aut alioqui limitatas Ordinariis inconsultis, vel sub involucrio deceptis, mandare typis, aut exemplaria conscribere, & publicare, quæ licet quandam pietatis speciem præferre videantur; nulli tamen dubium est; sub hoc titulo turpem latere quæstus effe-

ctum. Ideo à locorum Ordinariis hoc potissimum est, & omnino impressoribus inhibendum. Alioqui, quod à Summis Pontificibus in animarum salutem paternæ charitatis officio indulgentur, illis ob paucorum aviditatem abusu in eorum excidium verteretur. Ad quod, & ipsos summos Pontifices maxime invigilasse conspicimus, ut tot constitutiones super hujusmodi indulgentiarum revocatione non semel editæ, & conciliorum super pio indulgentiarum usu promulgata decreta testantur. Quapropter, ubi usu venerit, hujusmodi, vel alia indulgentiarum genera in diocesi publicari, non prius eas imprimendi, aut publicandi Episcopus alicui facultatem facere debet, quam ipsa viderit originalia, ex quorum lectione perspiciat, an per aliquas clausulas in eis contentas, ipsæ indulgentiæ sub aliqua revocationis comprehendantur.

135 si Quia non creditur referenti, nisi constet de relato, aut si quis in aliquo. C. de eden. & Archid. in cap. quiescamus 42. dist. Debent enim dicta exemplaria, quæ originalia vocant, in omnibus suis partibus, & clausulis à principio usque ad finem perle-  
136 gi: nec judicium est ferendum, nisi tota lege perspecta, nam velox consilium sequi solet poenitentia. Abb. in c. ad apostolicam 2. not. de reg. & Dec. in c. cum venerabili, num. 45. de excep.

137 Imò, si ut plurimum privilegia confirmantur, & clauduntur circa finem cura expressæ restrictiva subsequentiis, vel æquipollentibus verbis, quatenus sunt in usu, nec fuerint revocata, ac sacris canonibus, & sacro concilio Trident. contraria.

- 138 Sed, † dictæ Clement. VIII. constitutionis ordinem prosequamur, ministri, & officiales dictarum congregationum, & confraternitatum elemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia juxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, pelvibus, & capsis, quæ in ecclesiis, & oratoriis dictarum confraternitatum, & congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, juxta modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum respective præscribendum, quem observare tenentur, excipiendi habent facultatem, *ut in eodem §. in super ver. quibus etiam ministris, & §. atque hoc.*
- 139 Quod vero † elemosynarum collectio facienda sit consulto Episcopo, & ab eo licentia impetranda, statuit sac. concil. Tridentin, *ut in cap. 9. de reform. sess. 21.* Neque elemosynas, & oblationes ecclesiis altaribus, & crucibus factas, laicis licet usurpare, sed debentur sacerdotibus, qui pro omnibus orare debent, *cap. quia sacerdotes, & cap. Sanctorum cum seq. 10. quest. 1.*
- 140 Privilegiorum vigore, † qui aggregandi facultate sunt muniti, possunt quidem societates erigere, & aggregare, sed cum tota diocesis sit territorium Episcopi, ex alibi allegatis, in alieno territorio citra Episcopi consensum, nec quidquam statuere, aut decernere, neque altaria erigere possunt, nec aliquam aliam jurisdictionem exercere, *arg. text. in cap. pervenit, & cap. interdicimus, 16. quest. 1. & quidquid, præter erectionem, aut aggregationem statuunt, vel decernunt, excedit eorum auctoritatem, & jurisdictionem, nisi Episcopi consensus accedat, ac pro*
- pterea nullius reboris est, vel momenti. Bart in l. non dubium, numer. 20. & 21. C. de leg. b. l. fin ff. de jurisdic. om. jud. & Navar. in cons. 25. numer. 2. de sentent. excomm. lib. 5. par. 2. alias cons. 1. num. 2. de for. comp. par. 1.*
- 141 Nam † dicta privilegia sunt contra jus commune, & ad non expressa extendi minime possunt, sed strictè sunt interpretanda, *l. si quando, & ibi Bart. num. 1. C. de inoff. testam. & Cephal. in cons. 96. num. 4. par. 1.*
- 142 Quemadmodum regulares † in erectione, seu aggregatione confraternitatum non possunt ex se statuere modum, ac formam elemosynas colligendi, easque custodiendi, & distribuendi, sed id præstare debent ex ordinarii loci præscripto, ad quem, ut supra dictum fuit, hæc facultas spectat, eodem modo dicti regulares nil possunt circa processiones faciendas, quia id minus Episcopo loci incumbit, ut puta publicas supplicationes per civitates, oppida, & loca indicere, decernere, & ordinare, ad quas omnes, † etiam exempti, tam clerici seculares, quàm regulares, quicunque etiam monachi tenentur accedere, illisque interesse, qui si recusaverint, per censuras, & pœnas arbitrarias à dictis locorum Ordinariis compelli possunt.
- 143 Iis tantùm † exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt,
- 144 † Ad ipsum etiam loci Ordinarium, spectat cum capituli consensu decernere, atque edicere, quo, & qua processiones dirigantur, quæ ad ecclesias nominatim produci debeant, eadem sacra congregatio concil. Tridentin. *in decis. incip. ad Episcopum in ver. in processionibus publicis dict. cap. 13. sess. 25. de reg.* Laicis enim est etiam interdium

dictum de jure civili facere processiones sine consensu Episcoporum ut in *auth. de sanctis Episc.* §. omnibus autem laicis, c. 9. l. 9.

146 Eisdem ꝑ locorum Ordinariis etiam spectat eleemosynas, per loca quæritandi licentias, & facultates concedere, quia tota diocesis de jure, & regulariter est Episcoporum, c. omnes *Basilica*, 16. *quæst. 7. c. cum Episcopus*, & ibi Jo. Andr. *de off. ord. in 6. Abb. in cap. grave, num. 2.* & ibi Felyn. *n. 1. eodem tit.*

147 Illud ꝑ verum privilegium concessum ordinibus mendicantium, ut, de suorum superiorum licentia, Episcopo inconsulto possint in ejus diocesi eleemosynas quærere, speciale est. Unde non sequitur, illos posse confraternitatibus, quas sibi aggregare contingit, idem privilegium communicare.

148 Quia privilegium ꝑ mendicantibus concessum, illorum personas transgredi non debet, nec per eosdem aliis potest communicari, c. *constitutionem*, & ibi *gloss. in ver. prorogamus, de reg. in 6. capit. 1. in fin. juncta gloss. fin. de pœnit. & remiss. eodem lib. & Navar. in cons. 13 secundum ultimam impressionem Romanam. num. 2. de temp. ord. lib. 1. par. 1.*

149 Ordinarii itidem ꝑ licet rerum ab ipsis confratribus administratarum singulis annis rationes videre, easque ab ipsis exigere, & ab administratoribus recipere, hæc enim sunt per concil. Trident. Episcopo concessa, ut in eodem *cap. 9. de reform. sess. 22 & in ead. cons. 17. §. atque hoc ipsum*, qui etiam de jure communi antiquo prædicta omnia faciendi, & super his statuendi jus habet, ut *cap. conquærente, ubi Abb. numer. 2. de off. ord. gloss. mag. in cap.*

*dilectus, in verb. de begez & ibi etiam Abb. num. 4. eodem tit. & Iannoc. in cap. 1. num. 3. de stat. Monach.* Procedit etiam dicta facultas visitandi ex dispositione *d. c. cap. 9. in capellis confraternitatum*, in ecclesiis regularium erectarum, quia Episcopi visitare, & administratores ad reddenda computa cogere possunt, ut *super eodem c. 9. à fact. congregat. fuit decisum, in decis. qua incipit, Episcopus visitat in ver. an confraternitates*, & ita per prædicta de anno 1609. dum visitarem diocesim Thelesinam juxta munus pastorale mihi injunctum, visitavi confraternitates sanctissimi Rotarii, sancti Antonij, Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, & sancti Benedicti in ecclesia monasterii Ordinis sancti Francisci conventualium erectas, & ab administratoribus eorundem confraternitatum administrationum computa recepi.

50 Eleemosynæ autem collectæ ꝑ in reparationem & ornatum ecclesiarum, tam Ordinum, religionum, institutorum, erigentium, instituentium & communicantium, & Archieconfraternitatum, & congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fiunt, aut in alios eorum pios usus, arbitrio Vicarii Urbis in Urbe, nec non extra Urbem Ordinarium locorum respectivè fideliter exponi, & erogari debent, ut omnes intelligant celestes Ecclesiæ thesauros, non quæstus, aut alicuius lucri causa, sed pietatis, & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri ut in eadem *constitutione*, §. atque hoc ipsum.

Qua

- 151 Quia propter hanc maximam desideratur Ordinariorum vigilantia: huic rei potissimum est ab ipsis invigilandum, tum ne in publicatione indulgentiarum quarumcunque capsæ, pelvæ, & mensæ in ecclesiis apponantur, tum, si quid elemosynæ ex forma ab Ordinario præscripta pie recipiantur, id non in abulum, & quæstum, sed in vera probatæ pietatis officia convertatur juxta dispositionem, & mentem sacri concilii Tridentini *dist. cap. 9. de reform. sess. 21. cap. unic. de indulgent.* Pius V. in constitut. *de qua supra*, & Card. Bellarm. *cod. tit. cap. 9. §. primum miratur, & cap. 10. §. sextum caput, libro secundo, tom. 3.*
- 152 Sunt enim elemosynæ quæ ad aliquod pium opus, ut ecclesiarum ædificationem, & restaurationem, valorum, & paramentorum ad earundem ecclesiarum, & in altaris ministerii usum, ac pauperum subventionem, captivorum redemptionem & similibus applicandæ, ut per eundem Card. Bellarm. *d. cap. 10. in fin.*
- 153 Elemosynis quæ etiam peccata redimuntur, Dan. *cap. 4.* miseris subvenitur: nam elemosyna est beneficentia miseris propter Deum exhibenda, D. Thom. *2. 2. q. 32. & in 4. sent. dist. 15. q. 2.* Ideo Christus ad hanc præstandam nos hortatur: facite, inquit, elemosynam, & hæc omnia mundæ sunt vobis, *Luc. 11. & vendite, quæ possidetis, & facite elemosynam, Luc. 22.* Illa est hostia Deo accepta, placens, & suavis *ad Philipp. 4.* Divus Paul. Elemosynam appellat Dei gratiam *2. Corin. 8.* Per eam Dei misericordia querenda, *Tob. 12.* Unde qui facit misericordiam, Deo offert sacrificium, *Eccles. 35.* odor enim elemosynæ Raphaelem Archangelum me-

ruit habere internuntium, & per eum ad supremam Dei Majestatem ascendit elemosyna, à morte liberat, peccata purgat, Tobias via sua ducitur. Sara tot viris contristata, per Angelum matrimonio copulatur *arg. de temp. serm. 226.* elemosyna mortui adjuvantur, D. August. *in serm. 32. de verb. Apost. & idem Card. Bellarm. de purgat. lib. 2. cap. 16. §. quod hæc tom. 2.* Elemosyna Bonifacium, & Aglaem Ethnicos ad fidem convertit, à turpitudine peccati utrumque liberat, sanctos efficit, grataque Deo pignora cœlesti societati conjungit, duplicem triumphum Laurentio perperit, duplicique laurea coronavit, sed qui, quanta largiantur, aspiciunt, sed quanta rapiunt, minimè perpendunt: mercedes suas in seculum periturum mittere dicuntur, Raban. *in 34. Eccles. ut etiam notatur, in cap. 1. Haggai Proph.* ubi etiam colligitur, quam grata Deo sint oblationes in templi ædificationem præstandæ, *Exod. 36. habetur*, populum tot ad opus tabernaculi Domini: dona obtulisse, ut coactus fuerit Moyses publico edicto jubere, ut ab illis ferendis cessaretur, cum plura, quàm ad ædificium necesse essent, vota existerent. Quodque profuit defunctis preces, viventium elemosynæ juvent, ac præ cæteris Missarum celebratio, ut citius à Purgatorij penis liberentur, manifestum habemus exemplum in Iuda Machabæo, qui, magna argenti vi collecta, pro defunctis propitiationem fecit, ac iusta persolvit, *Machab. 9. 2.* & testatur August. *apud Bed. lib. 4. Histor. 6. 13.* quem refert, & sequitur Card. Ballarm. *cod. 6. 16. §. his adde.*

- 154 Viventium preces quæ profunt aliquando, etiam si orantes sint in peccato; peccator

cator, nempe secundum desiderium peccati, licet à Deo minimè exaudiatur, ex misericordia tamen, si peccatoris oratio procedit ex desiderio bonæ naturæ. Deus exaudit, non quasi ex iustitia, quia talis non meretur, sed ex pura misericordia, *cap. perisulium, § quia verum de elect. in 6.* & post Sanct. August. gloss. mag. in *clem. unic. in verbo orationes sub vers de quinto, de reliquiis, & vener. sanct.*

605 Eadem ¶ Clem. VIII. constitutione cavetur, ut confessarij, qui vigore privilegiorum ipsis ordinibus, congregationibus, confraternitatibus, & religionibus concessorum pro tempore eligi possunt, & poterunt seculares, scilicet, in alma Urbe ab eodem Vicario Urbis, extra Urbem verò à locorum Ordinariis, regulares autem non solum à prædicto Vicario, & locorum ordinariis respectivè, sed etiam à suis superioribus sint approbati, *ut in eadem constitutione, §. præterea volumus.* Quoad Regulares, requiritur suorum superiorum approbatio, quia sunt sub eorum jurisdictione, & tanquam à suis Ordinariis sunt approbandi, cum alieno obsequio sine suorum superiorum licentia, minimè se subijcere possint, *Clem. quia verò, de stat. Monach. & concil. Trident. in cap. 4. de reform. sess. 5.* & illa approbatio dictorum privilegiorum vigore, audiendi confessiones secularium, etiam sacerdotum, nisi per examen ab Ordinariis locorum fuerint approbati, minimè eis suffragatur, *conc. Trident. c. 15. de refor. sess. 23. & clem. dudum, §. ac deinde, de sepult.*

356 Regulares verò ¶ confratres pœnitentes à criminibus, casibus, & censuris juxta prædictorum privilegiorum, (quatenus tamen sint in usu, & sacri concil. Trident.

decretis ac Romanorum Pontificum constitutionibus non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sit) formam, & tenorem duarum absolvere possunt, *ut in eadem constit. dict. §. præterea volumus, vers. ut qui confratres, & intra hos terminos sese debent regulares continere, nec aliorum privilegiorum sibi ipsis olim concessorum, plus juris sibi vindicare possint.*

Tria enim ¶ concurrere debent in privilegiis regularibus olim concessis, ut à criminibus, & censuris, eorundem privilegiorum vigore absolvere possint.

Primum, ut sint in usu, quia lex non recepta moribus desinit obligare, *cap. in istis, §. leges 4. dist. gloss. 2. in capit. 1. de treug. & pace, & Navar. in cons. 8. alias cons. 44. numer. 4. de sent. excomm. lib. 5. par. 2.* & privilegium, per quod conceditur aliqua facultas aliquid faciendi, perditur, antequam acceptetur, per non usum, per lapsum decennij, *l. 1. ff. de nund. gloss. penult. in l. falsò, C. de divers. rescript. Ita in l. beneficium, numer. 5. C. de constit. princ. & Navar. eodem numer. 4.*

60 Secundum, ¶ quod sacri concil. Trident. decretis, ac Romanorum Pontificum constitutionibus non adversentur, facultate enim absolvendi ab illis casibus, quos Ordinarij locorum sibi reservarunt, uti non possunt, quia ejusdem sacri concil. Trident. decretis adversatur, *ut cap. 7. de cas. reserv. sess. 14. Canon. 11. de Sanctu. pœnit. sacram. eadem sess. 14.* Et, quòd, nec fratres Mendicantes, nec alij regulares vigore privilegiorum, quæ Mare Magnum appellant, nec vigore privilegiorum rosarij, neque Jesuitæ à casibus Episcopo reservatis absolvere possint, fuit pluries su-

per eadem, *capit. 7. & Canon. 11.* à sacra congreg. concil, decifum, *ut in decif. incip. regulares per privilegium, & alia decif. incip. mendicante vigore, & alia incipien. Confessores vi privilegiorum fuerint, & nunc per dictam constit. est omnis difficultas sublata, ut in §. decernimus insuper.*

161 Tertium requisitum est, † quod privilegia non fuerint revocata, nec sub aliqua revocatione comprehendantur. Plura enim privilegia regularibus super absolutione in foro pœnitentiæ concessa fuerunt pluries revocata, quia præter alias revocationes, quæ infra apparebunt, nonnullæ facultates absolvendi duellantes, consiliumque, auxilium, favorem illis præstantes, est revocata, & soli Papæ reservata, *ut in Bull. Rom. IV. cap. 25. Greg. XIII. cap. 82. & Clem. VIII. ut in const. de anno 1592. 16. Kalen. Septemb. edita, & concil. Trident. c. 19. de reform. sess. 25.*

162 Facultas etiam † absolvendi moniales exeuntes à clausura, & personas ingredienti- entes eandem clausuram sine licentia, & absque urgenti necessitate, & causa, fuit etiam revocata per conc. Trid. *ut in c. 5. de Regul. & monial. sess. 25. Pius V. in Bull. Rom. c. 100. & Papæ reservata Greg. XIII. in cod. Bull. Rom. c. 36. & nuper per eandem Const. ut infra.*

163 Sed quæri potest, † an per reservationem, vel confirmationem privilegiorum, quæ pluries, & à pluribus Pontificibus religionibus, aut aliis supplicationibus cum clausulis amplissimis fieri, & concedi solent, contendantur omnia in illis primò existentia innovata, non obstante in contrarium alias concessis, & videtur ita esse. Nam innovando, seu confirmando privi-

legia antiqua, videntur ea à die datæ litterarum innovationis, seu confirmationis, pristinum robur, & vigorem assumere, & tunc tanquam posteriora, prioribus in contrarium facientibus derogare præsumuntur, *ut per gloss. fin. in c. 1. ubi Dodo. de respon. rescript. & Jak. in l. pacta novissima num. 3. C. de pact.*

164 Totus † tamen litterarum renovatio- nis, seu confirmationis est tenor inspiciendus, regulariter enim confirmationes privilegiorum conceduntur sub expressa limitatione, dummodo sac. conc. Trid. decretis non repugnent, sint in usu, & sub aliqua revocatione non comprehendantur, *ut alibi diximus. Quo casu, quæ minime sunt in usu, decretis, concil. Trid. repugnant, & quæ fuerunt revocata vigore clausularum generalium, non innovantur, nec confirmantur.*

165 † Sed tantummodò cœteræ usu receptæ, aliæ non revocata, & quæ sac. conc. Trident. decretis non repugnent, confirmantur. Quia limitata derogatio, limitatum producit effectum *l. in agniff. de acquir. rer. dom. l. age, C. de transact. Cephal. conf. 117 nu. 4. par. 1.*

166 Insuper † eadem constitutione expressè prohibetur, ne iidem confessarii prædictos confratres, cujuscunque status, gradus, conditionis, & præminentia sint, etiam si speciali nota digni fuerint, à calibus contentis in litteris, quæ in die Cœnæ Dom. legi consueverunt, nec non violationis, immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, & clausuræ monasteriorum monialium, si videlicet, sine necessaria, & urgenti causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia abutentes prædicta monasteria ingressi fuerint, nec non † vio-

lentas

- entis manus in clericum singularis certaminis, sive duelli, ac aliis etiam casibus Sedi Apostolicæ Vicario Urbis, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine latè absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientes, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum privilegiorum ullo modo possint, ut in eadem constit. §. *decernimus in super.* Quæ constitutio, & cum in dictis casibus sit prohibitiva, fortior est permissiva. Abb. in c. *non concupiscentiam*, n. 1. ibi Dec. n. 5. de const. Bar. in l. *tutor*, ff. de susp. tut. & Navar. in cons. 40. n. 9. de penit. & remiss. lib. 5. vol. 2.
- 169 Innoc. & Papa III. in concilio generali statuit, ut catholici, qui crucis assumpto caractere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint illa gauderent indulgentia illoque sancto privilegio essent muniti, quod accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceditur, ut cap. *excommunicamus*, il. pri. mo, §. *catholicis*, & ibi gloss. in ver. *accinxerint*, de heret. quæ Indulgentia est plenaria. Abb. in cap. *ad liberandum*, num. 3. de iudai, & Sarrac. & dict. cap. *excommunicamus*, num. 4. de heret.
- 170 Ad hoc bellum & strenuè sese accinxit Federicus II. Imperator ejusdem Innoc. Pontificis auctoritate fretus, qui, laturus opem Christianis in subsidium Terræ sanctæ contra Sarracenos in Asia dimicantibus crucis vexillum sustulit Platina in vita ejusdem Innocentij, §. *Otho vero* Illum quam plurimi Principes nobiles, & ignobiles, crucis assumpto signo, ad hæreticorum, & infidelium exterminationem fuerunt secuti.
- 171 Oborta etiam eo dem tempore & maxima hæresi apud Tolosam; de qua per Sigonium de Regno Ital. lib. 14. annal. 1180. Beatus Dominicus ejusdem Pontificis auctoritate illam, in qua non tantum verborum discrepationibus, verum etiam armis opus fuit, mira celeritate compescuit, ut per eundem Platina in vita ejusdem. Innoc. §. *oborta*. Ideo, cum ad expellendos hæreticos armis opus fuerit, ut fideles ad illorum perditionem magis inflammarentur eos, qui crucis assumpto caractere, ad eorundem excidium se se accingerent, vel se accingere parati essent, pari privilegio, ac si ad Terræ sanctæ subsidium accessissent, munire voluit, gloss. in dict. §. *Catholici in ver. receptores*.
- 172 Quia, & ipsi fere pari periculo mortis se exponebant perinde, ac illi, qui in subsidium Terræ sanctæ sese contulerint, ob id eam similiter eadem ratio idem erant statuendum, l. *illud*, ff. ad l. *Aquil.* & Crau. cons. 183. num. 3.
- 173 Hic & ex dicto capitulo: excommunicamus il primo, ea oriri potest quæstio, quoniam modo dicantur se accingere ad hæreticorum exterminationem, ita quod dicto privilegio, & indulgentia gaudere possint, Nam arbitrantur nonnulli omnes, qui in sodalitates sub titulo Sanctæ Crucis se recipiunt, eodem privilegio, & indulgentiæ gaudere posse, tamen dispositio conc. generalis, de quo in eodem cap. *excommunicamus*, ubi excommunicantur, & anathematizantur omnes hæretici, quibuscunque nominibus censeantur, ab omnibus dominis, & locis expelli mandantur, & ibi Abb. in princip. non habet tam latam interpretationem. Nam, qui in dictis sodalitatibus confratrum inscribuntur



- ut plurimum sunt personæ inhabiles ad arma, & ad præstandam, quæ ad dictarum indulgentiarum consecutionem requiruntur.
174. Ideo, ¶ quemadmodum non adimpleta integre conditione, sub qua indulgentia conceditur, quis illam consequi non potest, ut per Navar. in *comment. de Indulg. not. 19. numer. 2. 3. & 4. tom. 2. & Graff. in decis. cap. 15. num. 22. par. 1. lib. 4.* ita inhabiles ad sustinendum laborem, quem concilium generale requirit, sunt incapaces ad dictam indulgentiam consequendam.
175. Quia ¶ indulgentiarum concessio non est extendenda. Navar. in *d. comment. de Indulg. not. 9. nu. 9. & Card. Bellarm. eod. tit. c. 7. propos. 5. lib. 8. tom. 3.*
176. Quod verò, inquit Abbas, ¶ esse consuetudine inductum per inquisitores hæreticæ pravitatis, quod assumptis hanc crucem, etiam tempore pacis, dicto privilegio gaudere possint, ut in *eodem capitulo excommunicamus, num. 4.* illius opinio est civiliter intelligenda, ut scilicet, procedat favore personarum, quæ utroque tempore pacis, & belli ad ea, quæ dicta constitutio requirit, quandocunque, & ubi opus fuerit, contra eosdem hæreticos, videlicet, ad se armis accingendum, & dimicandum sint habiles, & parati, quia ad privilegium consequendum requiritur illaabilitas; quam privilegium unoquoque 177. privilegiando postulat, & habitas certarum personarum ex certa limitata causa non extenditur ad alias personas, in quibus non concurrunt illa super quibus fundatur habitatio, arg. text. in *c. generaliter, ver. constantum 16. q. 1. c. sanè, de privileg. & Alex. in cons. 75. visis, ac pederatis, n. 36. l. 4. 181.*
178. Infertur propterea, ¶ dictas sodalitates sub invocatione sanctæ crucis erectas non majore (quo ad casuum reservatorum absolutionem) quo alia disciplinatorum confraternitates privilegio esse munitas, quidquid aliter modernis temporibus fuerit scriptum; quia illæ facultates absolventi à casibus reservatis fuerunt sublatae per concil. Trident. quo prohibetur absolutio à casibus Papæ reservatis, ut *cap. 7. de cas. reserv. sess. 14.* & prædicti casus de quibus supra vers. in super eadem constituit. sunt semper in Bull. Cœn. Domini reservati, ut in *constitutio. Gregorij 8. cap. XIII. de qua in Bulla Romana, cap. 92. §. declarantes cum sequentibus, & alijs aliorum Pontificum, & novissime summi Pontificis Pauli Papæ Quinti, & pluries super eodem cap. 7. de cas. reserv. fuit à sacra congregat. concil. declaratum, ¶ pluresque alia declarationes extant, quibus caveretur, ne Regulares, vel alij, vigore quorumcunque privilegiorum à casibus non solum Sedi Apostolicæ, sed nec locorum Ordinariis reservatis, absolvere possint. Præter quas, duæ emanarunt Clem. Papæ VIII. qui suo decreto per totam Italiam publicato, sub die 13. Novembris 1600 & alio declaratorio sub die 26. Novembris 1602. pœnis in contrafacientes inflictis, ut *eisdem decretis de quibus scripsi, in tom. 2. capit. 38. num. 169. 170. 171.**
180. Idem statuit, & declaravit, ¶ clausula sublata, &c. quæ removet facultatem aliter judicandi, vel interpretandi, & decreto irritanti de super edicto, quod omnia in contrarium gesta annullat ipso jure, ut *cap. si eo tempore, de elect. in 6. cum aliu. alibi allegatis.*
- ¶ Illud etiam advertendum, ¶ quod illæ facult-

Facultates sibi eligendi confessarium, qui à quibuscunque casibus quantumvis enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, eos possint absolvere qui cordulam, corrigiam, seu habitum cujuscunque religionis susceperunt, aut suscipient in futurum, vel in quibuscunque confraternitatibus, seu sodalitatibus, quo vis modo privilegiatis, se receperunt, seu se describi fecerunt: comprehenduntur, etiam sub eadem revocatione, sub qua sunt reformatæ, adeo, ut eorundem privilegiorum vigore confessarii à casibus quibuscunque Sedi Apostolicæ Vicario Urbis, & locorum Ordinariis reservatis absolvendi facultatem habent, *ut in eod. §. decernimus insuper, ibi aliis etiam casibus Sedi Apostolicæ reservatis. Per quam constitutionem derogatur etiam iudicatis, privilegiis, & facultatibus quibuscunque concessis, de quibus scripsi in d. cap. 38, n. 175. ver. declarando eod. tom. 1.*

2. Demum † confraternitates, ubi vis locorum quavis auctoritate erectæ, & institutæ, & quibus communicationes factæ sunt, ac cujuscunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archieonfraternitatibus, & congregationibus ubilibet existentibus hactenus aggregatæ aggregationum litteras, juxta formam novissime approbatam intra terminum in constitutione expressum, impetrare tenentur, alioquin dicto termino elapso nullius sunt roboris, & momenti ac eo ipso revocatæ & abolitæ censentur, ut ibidem *eadem constit. §. demum statuimus.*

3. † Et illa dictio eo ipso, est lata sententia, quæ inducit abolitionem absque sententia, aut ulteriori declaratione,

*c. felicitis, §. si qua verò, de pæn. in 6. & l. fn. §. lib. verè, postquam, C. de iur. de liber.*  
184 Si autem † ministri aliqui superiores, vel officiales, quocunque nomine nuncupati, Ordinum, religionum, Institutorum, seu archieonfraternitatum, congregationum & confraternitatum hujusmodi quavis auctoritate, vel privilegio, & officio fungentes, præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, erectiones institutiones & communicationes, privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum & indulgentiarum, aliorumque concessiones, & aggregationes per ipsos faciendæ, seu renovandæ, nullius redduntur roboris, vel momenti, & quilibet eorundem ministrorum superiorum, officialium, privationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, poenam, quæ ab alio, quàm Romano Pontifice, pro tempore existente, remitti non potest, eo ipso incurrunt, *ut in eadem constitut. §. quod si ministri.*

185 † Et remissio poenæ Papæ reservata ab inferiori relaxari minimè potest. *Navar. de censu. Eccles. c. 27. n. 72. ver. ceterum prædictis, & Sayr. in Thes. cas. cons. lib. 3. c. 25, num. 3. & 4.*

186 Postremò † dicta constitutio est perpetua, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, perpetuò, & inviolabiliter observanda, & ita, non aliter per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos: sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debet, *ut in eadem constitut. §. decernentes, quæ verba*

remouent iudicibus omnem disputationem, & facultatem dicta verba Papæ, aliter quam sonent interpretandi, vel declarandi. *Parisi. cons. 38. n. 4. cons. 41. n. 22. lib. 4. & Cassad. super reg. decis. 12. n. 5.* Pariterque irritum, & inane decernitur quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

187 † Quod decretum omnia in contrarium gesta, ipso jure annullat, ut *cap. si eo tempore, de elect. in 6. c. quodam, ubi etiam gloss. de preben. eod. lib.* Cassad. de decret. in referu. decis. 3. n. 1. & Gomel. de trin. possess. quest. 49. n. 3.

188 Quæ omnia prædicta † suum sortiri debent effectum, non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quorumcunque Ordinum, religionum, & Institutorum, seu archiconfraternitatum, congregationum, & confraternitatum secularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam maximo, & Bulla aurea nuncupatis, regularibus, Ordinibus, religionibus, Institutis, seu archiconfraternitatibus, congregationibus, & confraternitatibus secularium, eorumque Superioribus, & aliis quibuscunque personis, & quoscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiae existentibus, sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, ac derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, & aliàs quomolibet in contrarium præ-

missorum etiam pluries concessis, & approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam ipsa illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; illorum tenores, ac si ad verbum exprimerentur, & infererentur, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habens, illis aliàs in suo robore permanentibus ea vice duntaxat, specialiter, & expressè derogavit, ceterisque contrariis quibuscunque, ut in eisdem litteris, §. non obstant, & dicta verba.

189 Illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis habentes in derogatione apposita operantur, ut totus tenor constitutionum, decretorum, privilegiorum, ac contrariorum omnium derogatorum habeantur pro expresso, ac si specificè in eisdem Clement. VIII. constitutione totus tenor fuisset insertus. Felyn. in c. nonnulli. n. 6. de rescript. Butr. communiter receptus, in cons. 2. colum. 2. ver. huius tamen non obstant. Cassad. decis. 10. num. 1. super reg. Cancell. & Gabr. commun. conclus. de claus. conclus. §. numer. 1. & 14. lib. 6.

190 Primum enim † derogatur constitutionibus, & decretis in contrarium facientibus. Quia per constitutionem Innocentii III. *malitia hujus temporis, & cap. in Bull. Rom. cap. 11. §. ultra quos, pag. 13.* & Clement. VII. *il. litteris; cum, sicut in forma Brevis expeditis, in eodem Bull. cap. 33. §. & cum clericis, pag. 337.* de quibus supra, fuerat concessa facultas, cum

enim clericis dispensandi ab irregularitate ideo per dictam constitutionem Clementis VIII. dictis constitutionibus, & aliis privilegiis, & facultatibus quibuscunque dispensandi ab irregularitatibus auctoritate Apostolica concessis, fuit modo derogatum.

191 Ultima enim ¶ derogant prioribus, c. 1. & ibi gloss. in ver. revocare, de constitut. in 6. l. sed. & si post errores, ff. de leg. lal. in dict. l. pacta novissima, num. 3. C. de pacti. Por. conf. 37. num. 12. sed: & ante hanc constitutionem jam per concil. Tridentin. fuerat etiam dicta facultas sublata, & Episcopis in irregularitatibus, & ex delicto occulto provenientius concessa, ut cap. 6. de reform. siff. 24.

192 Secundo ¶ derogatur etiam constitut. specialiter constitutioni maris magni, & Bullæ aureæ nuncupatis, & quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & litteris Apostolicis, sub quorum verborum conceptione comprehenduntur omnia statuta, privilegia, & indulta quorumcunque Ordinum, & religionum, archiconfraternitatum, congregationum, &

confraternitatum secularium, quæ in conservantibus dictam facultatem dispensandi ab irregularitate, & absolventi à casibus sedi Apostolicæ, & Ordinariis locorum reservatis sunt verbis expressis revocata, ¶ ut in claris non sit opus conjecturis, Ceph. conf. 28. nu. 55. par. 1. etiam quibusvis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præminentie existentibus, concessis, adeo, ut nec ratione ordinum, nec dignitatis aut præminentie eorū, quibus privilegia fuere concessa, quin sub eadē revocatione comprehendant. possint sustineri.

194 ¶ Quia illæ dictiones quibusvis, & cujuscunque, sunt generales, quæ omnes personas, omnesq; Ordines, & religiones, ac pia loca comprehendunt, gloss. in Clem. 2. vsr. quomodolibet, de sent. excommunic. Ruin. conf. 98. numer. 11. lib. 2. Ceph. conf. 121. num. 1. par. 1. Paris. conf. 52. n. 10. volum. 1. & Hippol. de Marfil. 47. conf. 80. num. 38.

195 Ut autem ¶ totus tenor eiusdem constitutionis ad litteram perspicui possit, eam infra curavi imprimendam tenoris infrascripti.

# CLEMENS

## PAPA VIII.

### AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

**I**N AECUMQUE à Sede Apostolica ad promovendam Christianissimorum salutem aliquando concessa sunt, etsi ea maturo consilio, magnaque prudentia, & cautione sancita, & decreta sunt; tamen, cum Romanus Pontifex de animarum salute sollicitus progressu temporis animadvertit sensim aliquos abusos in eisdem statutis, & decretis observandis provenire; debet pro sui Pastoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio, providere. Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & forsam  
etiam

etiam à nobis, nonnullis Regularibus, Ordinibus, Religionibus, & Institutis, ac etiam Christianis secularibus Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diversarum nationum, nominum, & institutorum, tam in Alma Vrbe nostra, quam in alijs civitatibus, & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum, & alijs Ecclesijs, & Collegijs, necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Vrbe, & in alijs existentes, eisque Privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa respectivè communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio praescripta sit, quae in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendū servari debeat; propterea, siue negligentia Superiorum, Ordinum, Religionum, & Institutorum, vel officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium, & communicantium, quae Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum praedictarum fuerit, non servant formam in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus servari debitam, neque praescribunt modum, quo privilegia Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta praedicta consequi debeant; seu ipsarum Confraternitatum, & Congregationum incuria, quae non inquirant ea, quae praeservare oportet, ut illa consequantur, nonnullae praedictae consuetudines irrepserunt, multaque incommoda inde provenerunt, quibus Nos pro commisso Nobis Apostolica sollicitudinis officio, paternaque erga omnes Christianos charitate prospicere volentes, hac nostra Constitutione perpetuò valitura decernimus, atque statuimus, ut in posterum tam huius Almae Urbis nostrae, quam aliarum Civitatum, & locorum totius Christiani Orbis Regularium, Ordinum, Religionum, & Institutorum, quibus in eorum, & quibuscunque alijs Ecclesijs, & Collegijs Confraternitates secularium erigendi, & instituendi facultas concessa est, necnon etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum cuiusvis Nationis, nominis, & Instituti illae sint, & in quibuscunque Ecclesijs, Domibus, & Oratorijs, tam secularium, quam, ut praesertur, quorumcunque, etiam mendicantium Ordinum, Religionum, & Institutorum Regularium, quavis tam Ordinaria, quam Apostolica auctoritate erectae, ac instituta existant, seu alias quovis modo introductae, reperiuntur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, illisque privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta praedicta elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, vel Nobis, & Apostolica Sede attributa fuit, Magistri, Priores, Praepositi, Rectores, Gubernatores, Praeceptores, Primicerij, Praelati, Custodes, Guardiani, Praefecti, Administratores, & alij Officiales, seu Superiores quovis modo nuncupati, Regularium siquidem Ordinum, Religionum, & Institutorum unam tantum Confraternitatem, & Congregationem de consensu tamen Ordinarij loci, & cum litteris ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendae, & instituendae pietas, & Christiana charitatis officia, quae exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscunque alijs ecclesijs, & collegijs erigere, & instituere, caeterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum

num in singulis Civitatibus, Oppidis, vel locis, unam etiam Confraternitatem, & Congregationem, dumtaxat, qua Apostolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alicui Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejusdem, vel alterius Nationis, nominis, & Instituti aggregata sit, praevio similiter loci Ordinarii consensu, & cum ejus litteris testimonialibus, quibus ejusdem Confraternitatis, & Congregationis aggreganda institutum, pietas, & Christiana charitatis officia, qua exercere consuevit, apud eos commendentur sibi adjungere, & aggregare possint.

Huic vero Confraternitati, & Congregationi erigenda, instituenda, seu aggreganda ea tantum Privilegia Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta, qua ipsi Ordini, Religioni, Instituto erigenti, instituenti, ac communicanti, seu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autem, qua per extensionem, vel communicationem, sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed expresse, & in specie communicare valeant.

Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & Institutorum erigentium, & instituentium, ac communicantium, seu Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum praedictorum sunt, impartiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo dioecetano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, qua nihilominus ejusdem Episcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

Insuper volumus, & ordinamus, ut praedicti Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes certam erigendi, instituendi, aggregandi, & communicandi formulam à nobis novissimè approbatam diligenter observent, secundum quam Privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus nominatim, & expresse non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessa, ipsis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes sunt, communicare possint, quibus Confraternitates, & Congregationes ejusdem dumtaxat nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & Instituti, Archiconfraternitatis, & Congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregata, quam in posterum aggreganda utantur, potiantur, & gaudeant, ita ut dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectarum, institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes facta sunt, Ministri, & Officiales, & alij supradicti privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta hujusmodi, praevia tamen recognitione Ordinarii loci qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiae capitulo, illa juxta sacri Concilij Tridentini decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant: quibus etiam Ministris, Officialibus, & alijs praedictis elemosinas, & alia oblata Christiana charitatis subsidia, juxta modum,

dum & formam per Ordinarium loci prescribendam, remotis tamen mensis, peluibus, & capsis qua in Ecclesijs, & Oratorijs dictarum Confraternitatum, & Congregationum publice adhuc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hæc ipsi Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, tam Alma Urbis nostræ, quam aliarum Civitatum, & locorum quorumcunque, juxta modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum respectivè prescribendum, observare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum, etiam Ordinum, Religionum, Institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium, quam Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, instituentiarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios usus arbitrio ejusdem Vicarij nostri in Vrbe, necnon Ordinariorum locorum respectivè fideliter exponere, atque erogare procurent, ut omnes intelligant, cœlestes Ecclesiæ Thesuros, non questus, aut alicujus lucri causa sed pietatis, & charitatis excitanda gratia ex Apostolica Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri.

Præterea volumus, ut Confessarij, qui vigore privilegiorum ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus & Congregationibus aggregantibus concessorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum, pro tempore eligi possunt, & poterunt, seculares, scilicet in Alma Vrbe à prædicto nostro Vicario, extra Urbem verò à locorum Ordinarijs. Regulares autem non solum à prædicto Vicario nostro, & à locorum Ordinarijs respectivè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint, utque Confratres consistentes à criminibus, casibus, & censuris, juxta dictorum privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, & Sacri Conclij Tridentini decretis, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostris Constitutionibus non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint) formam, & tenorem duntaxat absolvere valeant.

Decernimus insuper, ut iidem Confessarij prædictos Confratres cujuscunque gradus, status, conditionis, & præminentie, etiam si speciali nota digni fuerint, à casibus contentis in litteris, quæ die Cænæ Domini legi consueverunt, necnon violationis, immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum monialium, si videlicet sine necessaria, & urgente causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia concessa abuterent, prædicta Monasteria ingressi fuerint, necnon violentæ manus injectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac ab alijs, etiam casibus, tam à Nobis, quam à prædicto nostro in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientes, quam occasione delicti contractis, cum aliquo dispensare prætextu dictorum privilegiorum nulla modo possint.

Demum statuimus, & pariter ordinamus, ut Confraternitates, & Congregationes ubivis locorum, quavis auctoritate, ut præfertur, erectæ, & institutæ, & quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicumque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Ar-

chicon-

chiconfraternitatibus, & Congregationibus ubilibet existentibus hactenus aggregata ab eisdem respectivè Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus novas erectionum, Institutionum, Communicationum, & Aggregationum litteras, juxta formam à Nobis novissimè approbatam, infra annum, si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium à die publicationis presentium in Romana Curia faciendæ computandos impetrare teneantur: alioquin, dicto tempore elapso, Erectiones, Institutiones, & quæcumque Communicationes privilegiorum, facultatum, Indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, & indultorum, Aggregationes illarum vigore ipsi concessæ nullius sint roboris & momenti, ac revocata & abolita censeantur eo ipso Erectionum autem Institutionum, Communicationum, & Aggregationum tam hactenus factarum, quàm deinceps faciendarum, litteræ ab ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus gratis omninò, ac nulla prorsus mercede, etiam à sponte dantibus, acceptæ, expediri, & concedi debeant.

Quod si Ministri aliqui Superiores, vel Officiales, quocumque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum hujusmodi, quavis auctoritate, vel privilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumperint, Erectiones, Institutiones, & Communicationes privilegiorum, Indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum, & Indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, necnon aggregationes per ipsos faciendæ, seu renovandæ nullius sint roboris, & momenti, & cuilibet eorundem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum privationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnam, quæ ab ullo, quàm à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, remitti non possit, incurrat eo ipso.

Decernentes presentes litteras perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, sicque nostræ mentis, & intentionis existere, & ita, & non aliter per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & defini debere, ac irritum & inane, quicquid secus super hiis à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumcumque Ordinum, Religionum, & Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum & Confraternitatum secularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, statutis, & consuetudinibus privilegij quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, ac Bulla aurea nuncupatis, Regularibus, Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, Congregationibus, & Confraternitatibus secularium, eorumque Superioribus, & alijs quibusvis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præminentia existentibus, sub qui-



buscunque verborum formis, & tenoribus, ac derogatoriis derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum, etiam pluries concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si ad verbum exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Vt autem praesentes litterae ad omnium quos concernunt, notitiam facilius deveniant, volumus illas ad Valvas Basilicarum Sancti Iohannis Lateranensis & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florae more solito publicari, & affigi, atque ipsae inde amotae, earundem exempla, etiam impressa, ibi affixa relinqui, factaque publicatione huiusmodi, omnes Regulares ordines, Religiones, Instituta, & Archiconfraternitates, Congregationes, & Confraternitates secularium, quae in Vrbe quidem post mensem, quae verò in Europa, post decem menses, quae demum extra Europam fuerint, post octiduum menses à die publicationis huiusmodi computandos, perinde aspicere, & arctare, ac si earum cuilibet nominatim insinuatæ fuissent. Et nihilominus, ut ipsae praesentes Litterae notiores fiant, magisque omnibus innotescant. Vniversis, & singulis Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs per easdem praesentes committimus & mandamus, ut per se, vel per alium, seu alios, hasce nostras Litteras postquam earum exemplum receperint, seu earum notitiam habuerint, semel, aut pluries, prout eis magis expedire visum fuerit, in suis Cathedralibus, & maioribus respectivè Ecclesijs Civitatum, Oppidorum, & locorum quoruncumque eorum Diocesis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, solènter publicè, & publicari auctoritate nostra mādēt, ac faciāt.

Cæterum, quia difficile foret easdem praesentes ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus & simili auctoritate decernimus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae ipsismet Litteris haberetur, si essent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die septima Decembris M. DC. LIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio decimo.

M. Vestrius Barbianus.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi, millesimo sexcentesimo quarto, Indictione secunda, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis Divina providentia Papa Octavi, Anno Decimotertio: die verò vigesima quarta mensis Decembris, retrospectae Litterae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt ad Valvas Basilicarum S. Iohannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Florae, ut motu est, per Nos Io. Baptistam Menochium, & Dominicum de Rubens, Apostolicos Cursores.

Pro Magistro Cursozum Gaspar Bonispedibus.

DE

## DE LOCUSTIS, ET BRUCHIS,

## Cap. III.

## S V M M A R I V M.

- 1 Locusta, & cætera id genus animalia, an possint excommunicari.
- 2 Pœna non est, nisi secundum legem, infligenda.  
Excommunicatio solam ledit animam, ibidem.
- 3 Excommunicatio in irrationabilia non infligitur.
- 4 Locustæ, & cætera id genus animalia peccare non possunt.  
Excommunicatio infertur ob peccatum mortale ibidem,  
Excommunicatio non fertur in rationis expertem, ibidem.
- 5 Maledicere irrationabilibus est res vana.
- 6 Calamitates unde nobis eveniant.
- 7 Fiscus rapit, quæ non accipit Christus.
- 8 Idem quod supra num. 6.  
Locustæ copiosa, Deo permittente, terræ fruges absument, ibidem.
- 9 Idem.  
In excommunicationem non pauci incidunt, & quomodo, ibidem in fine.
- 10 Locustæ Aegyptum universam devastarunt.  
Aegyptus, ob Pharaonis peccata, varijs affecta fuit angustijs, ibidem.
- 11 Idem quod num. 6.
- 12 Idem.  
Idem, quod supra num. 1, ibidem.
- Milites commissarij, & alij rapiunt, quod non accipit Christus, ibidem.
- 13 Locustæ, & cætera id genus animalia non possunt excommunicari.
- 14 Musca in Hispania in fugam verterunt exercitum.  
Idem, quod num. 6, ibidem.
- 15 Excommunicatio, ut justa sit, quæ concurrere debeant.
- 16 Excommunicatio, quando sit ipso jure nulla.  
Idem, quod supra num. 4, ibidem.  
Jurisdictionis defectus insanabilis, ibidem.
- 17 Paria sunt, quem non esse citatum, vel non esse legitime citatum.  
Citatio est de jure natura, ibidem.  
Agens, non agit, nisi in patiente bene disposito, ibidem.
- 18 Excommunicatio, an in ignorantem ferrâ possit.
- 19 Maledictio quatuorplex sit:  
Insans, furiosus, & hijs similes l. Cornelia non tenentur, ibidem.
- 20 Locustæ, & cætera id genus animalia, agunt natura instinctu, & copiosa terra fruges Deo permittente, absument.
- 21 Ficulnea, & alia à Domino maledicta.
- 22 Ficulnea habet sensum allegoricum.
- 23 Deus mirabilis in Sanctis suis, & illi universa parent.

- 24 Iacobus Nisibenus fonti, & puellis maledixit.
- 25 Arguere non licet à peccatoribus ad Deum, vel ad ejus Sanctos.
- 26 Corui à Sancto Cuthberto fugati.
- 27 Idem, quod num. 6.
- 28 Anguilla à S. Guilielmo Episcopo è lacu Lemano depulsa.
- 29 Calamitates, quomodo superanda, & abigenda.
- 30 Idem.  
Locusta, quo remedio expellenda, ibidem.
- 31 Diabolo non maledicendum.
- 32 Bononie laus.  
Bononia in calamitatibus ad Virginem confugit, & quomodo, ibidem.  
Bononiensium solemnium supplicatio, ibidem.  
Iustiniani Cardinalis laus ibidem.
- 33 Vestium Sancti Ioannis Apostoli mirifice operationes.
- 34 Idem quod num. 29.  
Angelus Romæ super Adriani molem conspectus, ibidem.  
Imago Deiparæ Virginis miranda operatur, ibidem.
- 35 Cælestis ira vindicta supplicationum remedio mitigatur.
- 36 In dubio is sensus sumi debet, qui actum validat.
- 37 Divina vindicta plerumque savit in terra fruges.
- 38 A Beato Aphrate, & à S. Theodoro locusta fuerunt fugata & quomodo.
- 39 Idem.  
Pluvia cælitus impetrata, ibidem in fine.
- 40 Vespæ Phaselitæ fugarunt.  
Ab uno Friando expulsa, ibidem.
- 41 Pius stylus expellendi locustas, & cætera id genus animalia.
- 42 Idem, quod supra, num. 30.
- 43 Idem.
- 44 Excommunicatio non fertur, nisi in subfidium.
- 45 Excommunicatio levibus causis non est incutienda.
- 46 Declarat num. 13.
- 47 Maledicere irrationabilibus est resjuperstitiosa.
- 48 Striges quandoque demonis opera de loco ad locum realiter transferuntur.
- 49 Striges quandoque realiter non deferuntur.
- 50 Striges an fantastice, & non verè in animalia convertantur.
- 51 Damon in energumenos, & cultores suos quid possit.  
Damon potestatem habet super fantasiam hominis ibidem.
- 52 Satan non tantum animas, sed etiam corpora.  
Christianorum indefessus oppugnat.
- 53 Malefici pythonici, & his similes evitandi.
- 54 Magni damni causam suis dedere cultoribus.
- 55 Idem quod num. 29.  
Conjuraciones contra locustas, & cætera id genus animalia, quomodo fieri debent, ibidem.  
Idem, quod num. 30. ibidem.  
Orationis effectus, qui ibidem.
- 56 Miracula à quibusdam sanctis viris edita.
- 57 Idem.
- 58 Idem.

**P**LURIES quæsitum fuit, nunquid contra locustas, brucos, & alia ar-

malia irrationalia ad excommunicationis, & anathematizationis sententiam pro

pro damnis illatis, aut, ne in futurum inferantur, procedi possit: Et, quia supra alibi pluribus egi de excommunicatione, quæ contra peccatores infligitur, in hac quaestione pluribus fundamentis, & argumentis pro utraque parte factis, partem affirmativam pro damnis, quæ hujusmodi animalia inferre possent evitandis, tenuit *Cassianus in ampliss. ejus consilio primo super hac quaestione facto in quinque partes divisio præcipue in 5. parte à num. 80. usque in fin.* Ego autem ad præcedentia continuando, ejus opinionem minimè veram esse existimo rationibus infra scriptis.

2 Primò enim † pœna nunquam infligi debet, nisi per legem imposita reperiat, gloss. 2. in cap. 1. de jur. patr. gloss. in sum. in fin. 15. quest. 8. *Felya. in cap. & si clerici, numer. 13. in fin. de judic. & in terminis Cassan. post plures per ipsum allegatos in dict. cons. 1. par. 5. num. 45.* Pœna autem excommunicationis solam animam, non corpus afficit. *cap. si habes, 24. quest. 3. & cap. si quis presbyterorum, de reb. Eccl. non alien. nisi per quaedam consequentiam.* Quapropter est medicinalis, ut *cap. multi, §. nos verò & ibi Archid. num. 8. 2. quest. 1. cap. 1. de sentent. excomm. in 6. gloss. fin. in cap. notandum, 24. quest. 3. Abb. in cap. non dubium, num. 8. de sentent. excomm. Gemin. num. 5. eodem tit. & Lazari can. quest. spect. 1. quest. 3. num. 1.*

3 Ideò in hominem, † non autem in irrationalia, infligitur, *cap. omnis Christianos, 11. quest. 3. cap. 1. & 9. de offic. deleg. dict. cap. 1. de sent. excomm. in 6. & conc. Trident. in cap. 3. de resor. sess. 25. & quòd excommunicatio in rem inanimatam ferri non possit, Felyus in cap. eam te,*

*numer. 14. ver. secunda declaratio, de rescript. & Abb. in eod. cap. 1. & 9. numer. 4.*

Secundò, † pœna excommunicationis non infligitur, nisi pro peccato mortali, *cap. nemo Episcoporum, & ibi Archid. 11. quest. 3. & Navar. in cap. 27. num. 9. & 76.* sed irrationalia, ut sunt locustæ, vermes, brucus, ærugo, mures, cæteraque id genus terræ frugibus undequaque infesta inanimata peccare non possunt; cum usu rationis careant: quod simile videmus in infante, & furioso, qui ex eo, quòd delinquere non possint, cum rationis sint expertes, nulla in eos promulgari potest excommunicationis sententia. *Abb. in cap. ab excommunicatio, numer. 7. de rescript.* Et, cum nullibi caveatur, quòd similia animalia possint excommunicari, in illa contra legum dispositionem excommunicatio non est extendenda,

Imò † irrationalibus maledicere in quantum sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemix; maledicere autem eis, secundum se consideratis, est otiosum, & vanum, & per consequens illicitum, ita inquit *Sanctus Thomas 2. 2. quest. 76. art. 2. in corpore propè finem, D Gregor. in 4. moral. lib. 4. cap. 3. paulò post princip. Card. Tolet. in instruct. Sacard, cap. 13. circ. fin. ver. uno modo, ubi, inquit, considerando, ut creaturæ sunt Dei, † Quod hoc casu illis maledicere est peccatum mortales; Non autem, nisi justo Dei judicio, & permissione, ad fructuum devastationem dicta animalia deveniunt. Nam cum hujusmodi in mira multitudine, cujus non sit numerus, non segetes modò, & vineas, sed & arbores ipsas infestent, & destruunt; his homines affliguntur suppliciis, his pœ-*

nis,

nis, divina sic flagitante iustitia, in Deum delinquentes plectuntur; nec ab re tam manifestum punitionis genus à Deo unquam iustificatur, ut inquit D. Hieronymus super Malach. relatus in cap. revertimini, §. verbum effusionis. 16. quæst. 1. & ibi Io. de Turr. Crem. numer. 23. & Majol. de admir. nat. reb. colloq. 1. §. experti id sumus, & §. jam hoc pag. 39. 9 & 40.

7 Quæ, † licet ob innumera, eaque capitalia peccata, mortalibus soleant evenire, fit tamen sæpenumero, ut huiusmodi pœnas, ex non facta decimarum solutione luamus. Congruum est enim, ut in quibus delinquimus in illis feriamur arg. l. fancimus. C. de pœn. ut si illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris: dabis impio militi, quod dare negas sacerdoti. Majores enim nostri idèd copiis abundabant; quia decimas Deo dabant: modo autem, quia discessit devotio Dei, accessit inductio fisci, S. Augustinus relatus in cap. tributa, 16. quæst. 1. cap. majores, ubi etiam Archid. num. 3. ead. quæst. 7. & Card. Bellarm. in 2. contro. gener. de cler. c. 52. §. nota tempore, tom. 2. Nec enim debentur decimæ clericis, quia boni sunt, sed quia clerici sunt, prout tributa dantur Regibus, non quia probi, sed quia Reges, Idem Bellarm. eod. c. 25. §. alter error, ver. tertio quia.

8 De hac re † conqueritur propheta Ioel. & quasi memoranda, miraque dicturus ad attentiosem nos invitat auditum, dum ait. Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: Si factum est illud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum: super hoc filiis vestris narrate, filii vestri filiis suis, & filii eorum generationi alteræ. Residuum crucæ

comedit locusta, residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Ioel Proph. in cap. 1. in princip. & Archid. in d. cap. revertimini in fin. 16. quæst. 1. ibi Io. de Turr. Crem. numer. 23. idemque David cecinit. Et dedit æugini fructus eorum, & labores eorum locustæ, Psal. 77.

Alicubi tamen † ad tantum propriæ salutis contemptum ventum est, ut decimas, quæ de jure divino ecclesiis debentur, à clericis earum ministris totis viribus conentur subtrahere diversis modis, etiam violenter, & de facto, ad libitum anfractus tentantes, ut à laicis prædia jusque pascendi in eisdem prædiis ecclesiasticis, & jurisdicção ecclesiastica usurpentur: Unde fit, quod Dei decreta super solutione decimarum, & immunitate ecclesiastica non observentur: ex quo fames & siccitates oriuntur; aliaque mala nos undique circumveniant 3. Reg. cap. 17. & 18. & Rebuff. super concord. sub. rubr. de conclus. Later. conc. in gloss. ver. primò quadam, clericique pluries, ac pluribus in locis, datis, gabellis, aliisque oneribus directè vel indirectè, indebitè gravantur: Et à Christianis fratribus, (maximè dolendum) ecclesiastica. qua de jure divino gaudere debent immunitate privantur, bonisque, ac juribus ecclesiarum, quæ sunt patrimonium Iesu Christi, ut probavi in c. 9. in si to. 1. sub diversis, & exquisitis modis spoliatur: ac leve peccatum ducunt nonnulli, Prælatos, ne sibi creditam jurisdictionem exercere possint, impedire. Nec desunt magistratus, qui ad talia connivere, & auctoritatem præbere videntur, quos paternè admonuit Card. Baron Quapropter non pauci excommunicationis sententiam à sacris

canonibus, sacroque concil. Trident. ut in cap. 11. sess. 22. de reformat. & Bull. Cœn. Domini isflictam, de qua pluribus in locis egimus, incurrunt.

10 Propter Pharaonis peccata † omnibus est notum, Ranas, Cyniphes, Cynomias, & omne genus mulcarum totam Aegyptum afflixisse, & in ipsam Pharaonis regiam, & ejus servos penetrasse, ex quibus tota terra Aegypti corrupta fuit. Exod. c. 8. mortuaque fuere omnia Aegypti animalia; Israelis verò animalia fuerunt intacta, ac illæsa: Pluitque Dominus grandinem super terram Aegypti, & grando, & 12 ignis mista pariter ferebantur, percussit grando, & omne lignum confregit: tantum in terra Gessen, ubi morabantur filij Israel, grando non cecidit: *ibid. Exod. cap. 9.* cum autem adhuc induratum esset cor Pharaonis, ventus vrens levavit locustas, quæ ascenderunt super universam terram Aegypti, & sederunt incunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerunt, nec postea futurae sunt: operueruntque universam superficiem terræ, vastantes omnia; Devorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit. quæ grando dimiserat, nihilque omnino vrens relictum est in lignis, & in herbis terra in cuncta Aegypto, ut eodem Exod. cap. 10. & Psalm. 77. ver. & dedit erugini cum seqq.

11 Legitur etiam † quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata eius, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in civitate; maledictus in agro; maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquæ tuæ, male-

dictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta bouum tuorum, & greges ovium tuarum: maledictus eris ingrediens; maledictus eris egrediens: Mittet Dominus super te famem, & esuriam, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies, donec conterat te, & perdat velociter, propter adinventiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Deuter. cap. 28. & 32. Levit. c. 26. ver. quod si non audieritis. ferm. Thren. cap. 2. & dicto cap. revertimini, 16. *quæst. ubi Ioan. de Turrecrem. num. 22.*

Hodie verò, † quia hominum malitia valdè crevit, & crescit in dies super terram, præter super expressas maledictiones, fruges, quas non absument locustæ, bruchi, & alia Dei vindicis animalia, ac siccitatis immoderatæ pluvix, & urentes venti non destruunt (quæ tamen etiam nunc plerumque experimur) adurit pruina, evertit grando, & contuadit, ac repentina rubigo disperdit. Non hic commemoro quæ adunca latronum manus abipiat, quæ inopina incendii flamma devoret, in mandatio aquarum absorbeat, & cœlestia fluminum tela comminuant. Ad hæc, si quæ supersunt, executores, & exactores, quos vulgus commissarios appellat, in expletæ voraginis homines, exhauriunt; populus autem, quem pacis optatæ tempore hostis gladius non devorat, interdum peste, aliisque morbis infestatur, & incommodis, quæ à Deo mittuntur, cum omnia per ipsum facta sint, & sine ipso factum sit nihil. 10. cap. 1.

13 Primus omnium parens peccavit, innocens terra maledicitur: Eam enim Deus, nisi assiduo hominis labore excolatur, spinas, & tribulos germinare iussit, non idèò

Novum; sed ab ipsis mundi primordijs hæc 15  
 via solebat Deus de peccatis nostris pœ-  
 nis sumere, ac hominis contumaciam  
 vindicare *Genes. cap. 3*, Quapropter, cum  
 locustæ, & bruchus, cœteraque ejus ge-  
 neris animalia, ob peccata hominum,  
 excommunicationes, mandataque Dei  
 contemnentium divinitus mittantur,  
 soleatque Deus in creaturis irrationabili- 16  
 bus, ut in humanum usum, & propter  
 hominem factis hominem percutere: sen-  
 tentiam excommunicationis, ac censuris  
 in illas uti non debemus, sed orationi-  
 bus, nec his remedijs sunt expellenda hu-  
 jusmodi animalia. Si enim sunt, ut pijs-  
 simè, verèque credendum est, talia flagel-  
 la à Deo, cur ad sinistram potius, quàm  
 ad dexteram deflectas? Cur Deum relin-  
 quens, qui vulnerat & sanat, mortificat,  
 & vivificat, ut 1, *Regum cap. 4*, ut te ab  
 hisce liberet ærumnis ad alia confugas?  
 Durum est sibi contra stimulum calcitra-  
 re, *Act. Apost. cap. 9*, & *Cassian. eod. 17*  
*cons. 1, numero 58*, Tunc tantummodò à  
 tuis reptum te videbis angustijs, quando  
 indè medicinam devotè poposceris,  
 unde iusta in te noveris flagella deve-  
 nisse.

14 Sunt enim muscæ † Dei miraculo pec-  
 cantium vindices, Capra enim in Hispa-  
 nia Gerunda à Carolo Sicilia, & Philip-  
 po Francorum Regibus, cum milites vim  
 inferrent sepulchro Sæcæi Narcisi, mus-  
 carum adeò ingens inde prodijisse tradi-  
 tur multitudo, & in exercitū irruisse, tam  
 infesto impetu, ut in fugam illum verte-  
 rit, & ab incepto desistere coegerit, il-  
 lata magna clade, ut post Baron, quem  
 citat Majol. *de admir. natur. reb. colloqu. 5*,  
 §, *Megareses pagina mihi 224*.

Excommunicatio enim, † ut sit iusta,  
 quatuor concurrere debent, jurisdictio  
 excommunicandi: causa vera, & ratio-  
 nabilis: monitio competens præcedens,  
 & causa expressa in sententia, ut per Graf.  
*in decis. cap. 3, num. 5, par. 1, lib. 4*, &  
 Abb. *in cap. ab excommunicato, num. 5, &*  
*sequent. de rescript.*

16 At hoc casu † deficit jurisdictio, & de-  
 fectus jurisditionis est insanabilis, gloss.  
 † *in clem. unic. de seq. poss. & fruct. l. 2, in*  
*fin. de pœnit. & Alciat. cons. 77, num. 8,*  
*vol. 2*, Non enim habent Episcopi jurisdi-  
 ctionem excommunicandi animalia irra-  
 tionalia, sed tantum rationalia, &  
 pro peccato mortali, ut *cap. nemo Episco-*  
*porum, 11, quest. 3, cum alijs supra num. 4,*  
*allegati*, Vbicumque enim datur inhabili-  
 tas, seu incapacitas in agente, vel patien-  
 te, excommunicatio est ipso jure nulla,  
 Abb. *in d. cap. ab excommunicato num. 5,*  
*vers. pro primo membro de rescript.*

17 Deficit etiam citatio, seu monitio, &  
 licet officio judicis detur illis procurator,  
 & citetur, seu moneatur ad sententiæ  
 nullitatem, paria sunt, quem non esse  
 citatum, vel non esse legitimè citatum,  
*l. ea que, & ibi Bar. num. 1, & 2, C. quo-*  
*modò & quando jud.* Citatio autem est de  
 jure gentium, seu naturali, *Clem. pasto-*  
*rati § cœterum de defectus de re jud. Bald. in*  
*l. fin. num. 3, C. de leg. & Alex. in cons. 11,*  
*num. 1, lib. 7, & sic, ut pars possit compa-*  
 rere, & postea deliberare, an cedere ve-  
 lit, vel contendere. Animal verò, quod  
 ratione & anima careat, hæc facere mi-  
 nimè potest, & ideò illa ficta citatio nul-  
 lius esse roboris, vel momenti. Quilibet  
 enim actus necessariò explendus, validè  
 debet expleri: & agens non agit, nisi in  
 pæ-

patiente bene disposito, ut per Abb. d. num. 5, vers. & in dubio.

18 Procuratoris datio ꝛ citationes processus, & quidquid in processu fabricatur, à dictis animabilis ignoratur, & ignorans excommunicari, & anathematizari non potest, ut inquit tex. in cap. ut animabus, de constit. in 6. & ibi gloss. in ver. sententijs, & idè non subsistunt in jure plura deducta, per Cassanum, virum alioqui utriusque jurisdoctis. super judicis competentia citationibus, & validitate processuum contra dicta animalia fabricandorum, de quibus in eod. conf. 1. par. 2. 3. & 4.

19 Eadem ratione, ꝛ nec propria auctoritate ordinaria, ut in se ipsis sunt, maledici possunt. Maledictio enim est duplex, scilicet, culpæ, & pœnæ, Archid. in d. cap. Revertimini, num. 1. 16. quæst. 1. Sed irrationabilia culpa carent, prout etiam carent infans, & furiosus, qui, si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur cum alterum innocentia consilij tueatur, alterum verò status infelicitas excuset, ut l. infans. ff. ad l. Cornel. de se. car. cap. illud relatatum, 15. q. 1. Iul. Clar. in prax. crim. 5. fin. quæst. 60. vers. sed, nunquid, & ver. item quæro, lib. 5. quæ conclusio procedit, etiam in frenetico, infano, demente, seu mentecapto, Bal. in c. 1. in fin. an ille, qui inter Fra. Dom. de feud. Alex. l. ex factis, nu. 34. ff. de vulg. & pupill. substit. & post plures per ipsum allegatos, Farinaci in sua praxi crimin. tom. 1. par. 2. quæst. 94. nu. 2.

20 Ad hæc ꝛ locustæ, bruchi, erucæ, & similia faciunt, quæ de jure naturæ sunt, illis concessa: omnibus enim animalibus natura datum est, sive rationalia sint

sive irrationalia, ut undequaque sumere sibi possint, unde alantur, Gen. cap. 1. in fin. gloss. in cap. omnes leges & ibi Archid. num. 7, dist. 1. & cap. discipulos, ubi etiam gloss. in ver. fame, de consecr. dist. 5, quod etiam dictis animalibus, cum in copia majori solito id faciunt, propter peccata hominum est permittum à Deo, ut dict. Psalm. 77. ver. & dedit erugini, &c. & Psalm. 104. in vers. dixit, & venit locusta, bruchus, cujus non erat numerus cum seq. & d. cap. revertimini, §, verbum effusionis, 16. quæst. 1, & non esse dubitandum, quin ira Dei sit hic locustarum importunus adventus, post Liu. dec. id. 1, lib. 9, Orof. Eutrop. & Sanctus Augustinus de Civitate Dei, lib. 3, cap. 31, quos citat, testatur Majol. de admir. nat. reb. col. 5. pag. mihi 144, §, non est dubitandum cum seq. cujus mali Sicilia, & Italia hoc seculo maximo cum detrimento participavit, ut pluribus adhuc in humanis agentibus est notum.

Nec illud obstat, ꝛ quod si non valet, quod ago, ut ago, valet in quantum valere potest, Roman. in l. stipulatio §, si quis num. 21, ff. de verb. oblig. & idè, si non valet citatio, valet tamen excommunicatio, seu maledictio, quæ etiam sine citatione ferri potest, argum. desumpto à ficulnea à Domino maledicta Matth. 6, 21. & Marc. 6, 11, quodque Dominus maledixerit terræ in opere suo Genes. cap. 3, & cap. cum sancti §, item scriptura, 24, q. 3, & serpenti Genes. eod. cap. 3, & aliorum, de quibus pluribus agit Cassan. in d. conf. 1, par. 5, num. 120.

Nam responderetur, ꝛ maledictionem ficulneæ, terræ, ac serpenti in Aictam, aliaque per Cassanum supra deducta,



- sanctum habere allegoricum, & supra in poenam peccati facta fuisse, ut homo ex via, hoc est, per terræ sterilitatem puniretur, Sanctus Thomas 2, 2, q. 76, art. 1, in respons. cap. & ut serpens homini infidiaretur, & perpetua inter ipsos intercederet inimicitia, Gen. 3, cap. 3.
- 23 Deo enim † cæli, terræ, & universorum, quæ in eis sunt, conditori, Genes. cap. 1, cuncta, sive rationalia sint, sive irrationalia, promptè seruiunt, & obediunt, uti omnipotenti. Id simile ple-  
rumque præstiterunt sancti homines virtute Dei operantis, qui est mirabilis in sanctis suis, Psalm. 67, in fin. His montes, aquæ, demones, feræ, aliæque universi generis animalia paruisse leguntur. Ac de miris hujusmodi sanctorum operibus plenè passim habentur historiæ, sed illud divinitus speciali prærogativa illis concessum fuisse constat, ut testatur Proph. in d. Psalm. 67. ver. mirabilis Deus &c. & in sacris litteris abundè probatur.
- 24 Iacobus Nisibenus Episcopus † descendens in Persidem, juxta fontem puellæ quadam objecta verecundia, detecto capite detrahitque vestibus impudentibus oculis sanctum virum spectabant: quam rem vir Dei ægrè ferens, volerique divinam virtutem ad tempus pluribus manifestam facere, fonti maledixit, & confestim aquarum cursus exaruit, maledixit etiam puellis, & impudentiarum juventutem immatura canitie punivit: Nam cum res verbum subsecuta esset: capillorum nigredo in candorem mutata est, ita ut puellæ novis arborum plantis similes evaderent, quas verno tempore appropinquante, autumnalibus folijs  
languere videmus in Philot. & Majol. de
- admir. nat. reb. coll. 4, §, non semper, pag. mibi 166.
- 25 Cæterum † non valet argumentum ab hominibus peccatoribus ad Deum, aut ad ejus sanctos. Quia est contra regulas dialecticorum argumentari à minori ad majus affirmativè, ut post Bald. in l. conventicula, C. de Episc. & Cler. quem citat tenet Navar. in cons. 30. secundum ultimam impressionem Romanam, num. 1. de poenit. & remiss. tom. 2.
- 26 Sanctis † non solum locustæ, sed etiam quadrupedes, & aves cæli divina virtute parvere. Corui, quando molestissimi sua garrulitate sancto Cuthberto, & fratribus fuerant in insula Farnæ, jussi abire, omnes ab insula exularunt, sancti viri præcepto obsecuti, & quando ex eis unus ad ejus pedes convolans, velut erroris sui veniam petijt, illi parcens vir sanctus, ut in insula solus ipse degeret cum sociis, permisit: at ille mox evolans, & sociam inventam reducit, & soli in insula ex omni coruorum multitudine permanserunt, fugatis alijs non modo coruis, verum etiam alijs avibus, quæ, aut quieti monachorum, aut frugibus damna inferrent, ut testatur Bed. in vita ejusdem sancti Cuthberti apud Surium, cap. 19. & 29 tom. 2. & idem Majol. eod. lib. colloq. 6. §. sancta, quæ pag. 294. & Deus pavit Heliam per corvos, qui deferebant ei panem, & carnes vesperi, ut 3. Reg. cap. 17. ijdem Paulo primo eremitæ annonam in deserto ministrarunt, jubente Deo. Hieron. tom. 1. idem, & alijs innumeris Dei cultoribus contigit, quos longum esset recensere.
- 27 Thesauri, † Hierico anathematizati leguntur: sed propter peccatum civium

10f. cap. 6. Peccato Amalechitarum animalia eorum sunt iussa interfici. 1. Reg. cap. 15. Peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, primogenita, & iumenta eorum morte consumpta sunt. Exod. cap. 9. Et peccato Israelytarum Arca Domini Philistæis tradita fuit 1. Reg. cap. 4. & eodem cap. Ecclesia, ubi etiam Archidiac. num. 4. 1. quest. 4.

28 Pluribus tamen exemplis † probare conatur, Cassianus in dicto conf. 1. par. 5. à nu. 126. usq; in fin. virtute excommunicationis, anathematizationis, & maledictionis dictas locustas, mures, limacas, & huiusmodi animalia, à vineis, prædijisque fugari, adducens, præ cæteris, exemplum, anguillas scilicet à lacu Lemano Geneurensi hoc remedio recessisse: pro quibus adducit diversas formas processuum, & sententiarum de quibus loco proximè citato à diversis Vicarijs Episcopalibus pluribus in locis in Regno Galliæ fabricatis, quorum praxis non approbatur à Iul. Claro, qui de ea verba facit in pract. crim. lib. 5. §. fin. quest. 99. vers. non est etiam, neque à Majol. qui huiusmodi Dei iram ab hominibus vitæ sanctitate facile everti posse testatur in eod. lib. colloq. 5. §. nemini illo, & quod attinet ad anguillas, paruerunt mandatis, & præceptis factis à S. Guilielmo Episcopo Ausanensi, ut per Martin. del Rio. disquis. magis. lib. 3. par. 2. quest. 4. sect. 8. §. tertio, licet tom. 2. sed, ut dixi, ab actionibus sanctorum ad actiones hominum peccatorum, non licet arguere. Sancti enim per fidem vicerunt Regna Paul. ad Hebr. cap. 11.

29 Dictis processibus † contra dicta animalia formatis, sententiaque lata, præ-

supponitur primò, animalia huiusmodi manifestum esse divinæ ultionis indicium, Iude parochiani cuiusque Parœciæ fideles docentur, & admonentur, ut de divina confidentes clementia, transgressores mandatorum Dei, & omnia eorum crimina, quibus omnipotentiam hætenus offenderunt, lacrymis abstergeant, vitiorumque incendia contritionis aquis extinguant, & ad sacramentalem confessionem, si opus fuerit, accedant culpæ omnium fœcem purgaturi, qui verò censuris fuerunt irretiti, miserandum eorum statum agnoscentes, ad piæ matris ecclesiæ gremium redire, rupti, amissique fœderis gratiam implorare, omnesque, & singuli, ante supremi parentis conspectum piæ preces patronorum suorum patrocinium rogantes, indefessè debent effundere, ut per Cassian. conf. 1. par. 5. nu. 126. vers. pestes huiusmodi, & §. igitur Christi. Hac medicina tanta malorum rabies abigenda: hoc remedio infensa nobis omnipotentis ira mulcenda.

30 Quodque † in his casibus meliùs quisque sibi consulat, si supplicationibus, jejunijs, & orationibus tantum mali festinet avertere, quàm maledictionum superstitiõibus in hære testatur per Proph. Dominus, & præsertim in Psalm. 49. Invoca in die, inquit, tribulationis: eruante, & honorificabis me: & in alio loco. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, Psalm. 50. & Psalm. 119. Ad Dominum cum tribulaber, clamavi, & exaudivit me, Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum libe-

ravit eos *Psal.* 106, & alibi. Ego autem ad Deum clamavi, & Dominus salvavit me *Psal.* 54, & in tribulatione dilatasti me, *Psal.* 4.

31 Ideo, ¶ non maledictionibus, aut excommunicationibus dicta animalia expelluntur, ut quamplures simplices, levesque homines falso credunt: cum nec Diabolum ipsum divini nominis, humanique generis hostem hujusmodi mucrone confodere liceat, precibus ad Deum jejunijs, eleemosynis, supplicationibus, lacrymis, ac sanctissimis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramentis, signo crucis, & aquæ benedictæ aspersione locustæ ipsæ, cæteraque hujusmodi pestes effugantur, ac pereunt, ut post Lipomanum *tom.* 7, quem citat, testatur *Majol. de admir. nat. reb. collog.* 5. 8, nemini illo tempore pag. mihi 246, vers. propterea. His principaliter medijs ubi fuere Vicarij, & officiales Episcopales Heduen. Lugdun. & Matiscon. in Gallia à Cassan. qui supra relati in *dicto. cons.* 1. par. 5. num. 127. & seq.

32 Et in hoc ¶ optimè, sanctissimèque sentit religiosissima multisque nominibus memoranda Bononiæ civitas. Illa enim inter innumeratas urbis dotes, illustriaque illius reipublicæ ornamenta, quibus sibi, præ cæteris immortalitatem peperit, illum nunquam satis laudatum, ac multis sæculis commendandum morem amplexa est, ut calamitatibus afflicta, non ad execranda divinæ iræ flagella confugiat; sed aliud verius, præsentisque nacta remedium, se precibus totam ad Dei numen placandum gemebunda convertat. Quod, ut breviori, ac faciliiori via assequatur, ad Divam Virginem parentem sibi amantissimam, advocatamque fidif-

simam nihil morata, procurrit, ad illius pedes projecta, procumbit, non illinc prius discessura, quam voti compos facta fuerit. Inde certa peti suffragia, illiusque numen supplicanti urbi semper adesse cives ipsi pluries cognoverunt apertissimaque inde subsidia fuerunt experti. Quare, ubi primum, vel ingruentium pluviarum inundatione, vel nimia celi siccitate terræ fruges laborant, aut alij cives siccitate affliguntur angustijs ad Divi Lucæ ædem in monte, qui Guardix appellatur; non longo itinere ab urbe sitam, pia quadam civium sodalitate Antistitis, civiumque omnium consensu, atque consilio se recipiunt. Inde thesaurum illud sacrum, ac memorabilem tabellam, scilicet, illam insignem, quæ imago Deiparæ Virginis ipsius D. Lucæ manu (ut historici tradunt) depicta cernitur, & quæ Constantinopoli, & sacrosancto Sophiæ templo, divino monitu, mirabiliter delata fuit, Bononiam, longo instructo agmine, deferunt. Cui adventanti Aariani, cæterique magistratus una cum clero, atque omnibus Religiosorum ordinibus ad portam, quæ Saragotia appellatur, occurrunt. Illius adventus civitas tota sic gestit, eaque fertur lætitia, ac si jam optata cives fuerint consecuti. Aded lætatur respublica, ut mœnia ipsa fenditis commoveri videantur. Sacra illa effigies apud Virgines D. Matthiæ honorificè collocatur. Interea publica indicitur supplicatio, ac per urbem solemnè pompa universo cleri, populi que comitatu ingenti honore sacrosancta circumfertur imago, quam sub pretiosa umbella, varijs margaritis, tot quibus, alijsque innumeris ex auro, & argento

argento monilibus decorata, aureo diademate, regiaque palla fulgentem canonici ipsi metropolitanæ ecclesiæ, alijque sacerdotes suis humeris toto triduo gestare lætantur. Præcedunt casta puerorum, puellarumque agmina, omnium civitatis artium collegia. His adjunguntur devotæ albarum sodalitates, quàm plurimæ pijs precibus Divam Virginem rogantes, quæ longo ordine cum suis vexillis insigni ornatu distinctæ procedunt. Ad sunt, & huic sacratissimæ pompæ, piæque operam præstant ipsi urbis ab Apostolica Sede Legati pro tempore, existentes. Inter quos hodie Cardinalis Iustinianus, nunquam satis laudati nominis Princeps integerrimus, qui ut cæteras viri virtutes taceam, per quas in præsens felix Bononia pace, non tam oprata, quam firma, potitur ea pietate, religione sacris hujusmodi, alijsque publicis supplicationibus adesse conspicitur, ut verum cunctis devotionis exemplar videatur. Præsens sibi quoque dum residere conspicitur, & ipse urbis Antistes cum universo, tam seculari, quam regulari clero adest, & Vexillarius Iustitiæ (qua nulla major in urbe dignitas) cum splendidissimo senatorum ordine, sibi circum, pijs officij causa, præcipientibus. Hos cæteri magistratus, patritij omnes, almique gymnasij doctorum corona mira pietate, ac devotione affectantur. Tantus deinde populi numerus profertur, ut fateri audeam in tanta urbe, haud reperiri, qui hisce supplicationibus non intersit, hic non solum preces, sed & lacrymæ effunduntur: tantaque civitatis est devotio, ut, ne noctu quidem, ab oratione cessetur. Servilia opera in

urbe fiescunt: & quisque pœnitentiæ Eucharistiæque Sacramentis munitus, & publica civium vota, & privata Virgini sacratæ commendat. Hinc evidens supremæ parentis favor aspirare, omniumque cœlitum caterva urbi favere conspicitur. Nam, quàm primùm peracta est tridui illius deprecatio, sacraque tabella in montem suum est restituta, opratæ primo die cadunt de cœlo pluvix ac serenitatis, tranquillitatisque donum mirabiliter obtinetur. Nec semel quidem, sed semper alijs etiam urgentibus necessitatibus, hujus sacræ imaginis deportationem salutarem Bononiensis experti fuere, ut per Sigon. de Epif. Bonon. in Vita Nicolai Albergati, lib. 3. Nam civitas aliquando gravi peste, ingentique pœnuria affecta, ad extremumque discrimen adducta, hoc solo remedio liberata fuit. Quare ut Virgo sacratissima, quæ in cœlis pro illis aduocata sedet, majori religione colatur, ac civitas singulis annis tanti numinis patrocini adjuvetur, triduo solemnium rogationum, quæ in tota Christi Ecclesia ante diem festum illius in cœlum Ascensionis de more celebrantur eadem, & eodem ordine illius sacræ imaginis sit deportatio: quibus supplicationibus, cum semper, dum in illa urbe Vicarij Archiepiscopalis munus gessi, præsens interfui, vota mirabiliter impetrata conspexerim, haud potui, tam commendandum devotionis, & pietatis exemplum reticere.

Idem t̄ apertissimè experiebatur Roma Gregorij Magni tempore, quoniam in Basilica Constantiniana Sancti Ioannis Apostoli, vestes asservabantur, quæ & siccitatis tempore elatæ, pluviam conferebant

ferebant, & contra inundationibus  
ferenitatem dabant Ioann. Diac. in Vita  
ejusdem Gregor. lib. 3. cap. 58. & 59. & 36  
Majol. de admir. nat. reb. colloq. 1. §. hac  
siccitas, & §. praterca orationibus, pag.  
mibi 33. & 34.

34 Idem Gregorius † saviente in Vrbe  
gravi pestilentia religiosam in die Do-  
minicæ Resurrectionis anni 591. suppli-  
cationem instituit, atque solemnè pom-  
pa sanctam Virginis Dei genetricis ima-  
ginem exaulit, quæ D. Luca manu affa-  
brè ad vivum expressa in aede Divæ Mariæ  
ad Præsepe, quæ major modo dicitur,  
eximia populi Religione asservabatur.  
Tunc, gratulantibus Deo omnibus; ecce  
Angelus sanctam Virginem his vocibus è  
coelo alloquens, est auditus; Regina Cœ-  
li lætare, alleluja, &c. Haud multò post  
Angelus super Adriani molem stans, ac-  
strictum mucronem vagina recondens,  
conspectus est. Quo viso Gregorius exhi-  
laratus, converso ad populum ore, bono  
omnes, inquit, animo estote. Nam op-  
tatus divinæ iræ, ac furentis, jam pridem  
pestilentia finis, Deo ipso annueate,  
ostenditur. Atque ita morbus ille elan-  
guit, & optata salubritas consecuta, Si-  
gon. de Regn. Ital. lib. 1, pag. mibi 39,  
& 40.

35 His, & alijs, † quæ undique peti pos-  
sunt, exemplis satis comprobatur cæle-  
stis iræ vindictam hoc remedio mitigari.  
Nam se convertentibus, inquit, Domi-  
nus, & implebuntur aræ frumento &  
vino, & oleo torcularia redundabunt,  
& reddam vobis annos quos comedit lo-  
custa, bruchus, rubigo, & eruca, Joel  
Proph. cap. 2, post med. & Ninivæ con-  
versæ ad Dominum, pœnitentiæ, & ora-

tionibus veniam impetrarunt Ioan.  
cap. 3.

Cùm igitur † prædicti Vicarij, de qui-  
bus Cassianus sibi postea contrarius,  
duobus remedijs usi fuerint, jejunijs,  
nempe, orationibus, processionibus, sa-  
cramentis, signo crucis, & aqua benedi-  
cta, quod est præcipuum, & altero, ex-  
communicationibus, scilicet, & maledi-  
ctionibus, quæ sunt otiosa, & vana,  
& per consequens illicita, ut per D. Tho-  
mam 2. 2. dicta quest. 76. & cap. 1.  
potius est judicandum, quòd orationibus,  
signo crucis, & aquæ benedictæ aspersio-  
ne, quæ licita sunt, dicta animalia Dei  
virtute recesserint, quàm altero remedio.  
In dubio enim debet sumi sensus, qui  
actum licitè valere faciat, l. quoties, in  
stipulationibus, & ibi Iac. num. 1. ff. de ver-  
bor. obligat. Roman. cons. 353 in fin. &  
Gabr. commun. conclusion. lib. 7. de malef.  
concl. 2. num.

37 Ne hic negare auserem, † quin divi-  
na in terræ fruges sæviat plerumque vin-  
dicta, ex eo, quòd plures in oppidis, &  
civitatibus immunitati ecclesiasticæ pa-  
rum faventes, aut alijs ex causis, excom-  
municati reperiantur, quia, si ad salutis  
portum per restitutionem, se revoca-  
verint, peccato se liberasse apparebit;  
tunc Dei erga suos clementia converti-  
mini, inquit, ad me: & ad vos ipse con-  
vertar. Laboribus suis fideles suos frui  
permitteret. Et locustæ virtute Dei se  
recipient, bruchus, mures, ceteraque  
animalia, terræ frugibus infesta, oratio-  
nibus signo crucis, vel sola aquæ benedi-  
ctæ aspersione peribunt, aut fugabuntur,  
ut simile quid de Provincia Aultrialium,  
Saxonum traditur; in qua cum toto,  
nunquam

nunquam dum infidelitatis tenebris obvolverentur, pluisset triennio, mox Vulpedi solertia, habita Christi fide, ac divino baptismo suscepto, in tantam copiam ingruerunt pluvia: ut campifœcunditate ubique exuberarint, ut testatur Bed. in *Aug. hist. lib. 4, c. 13*, & Majol. *de admir. nat. reb. colloq. 1, §, & siccitas pagina mihi 32.*

38 Beatus item Afrates † quomodo locustas fugaverit testatur Theodor. in illius vita sequentibus verbis. Iam verò dicunt, etiam, quòd cum locustæ aliquando regionem repente invassent, & instar ignis omnia consumerent, segetes, arbores, prata, & nemora, venit ad eum quidam vir pius rogans ut opem ferret unum quidem agrum habenti, ex eo autem, & se, & uxorem, & filios, & familiam alenti, à quo etiam imperatoria exigere tur collatio, sic ergo rursus Dominicam imitans benignitatem, iussit ad se adferri congium aquæ. Postquam autem aquæ congium attulit, is qui orabat, siquidem 40 manum imposuit; Deum autem est precatus, ut fluentem impleret divina virtute, deinde finita oratione, iussit, ut in prædij limitibus aqua aspergeretur, qui eam attulerat, fecit, ut iussus fuerat, idque fuit illis agris pro vallo sacrosancto, & inexpugnabili. Nam usque ad illos fines restantes, & circumvolantes locustæ, instar exercitus, rursus retrocesserunt, benedictionem impostam extimescentes, & veluti quodam freno suffocata, & ultra progredi prohibita. *Mal. de acq. bened. sect. 3, cap. 4, 5, num. 12, & 13.* & idem Majol. *de admir. nat. reb. colloq. 5, §, memini.*

39 Simili modo † eadem aqua benedicta

fuerunt fugata à Sancto Theodoro, ut testatur Metaphrast. *in ejus vita, Marf. eod. cap. 5. num. 41, & 42.* & Beatus Vincentius iussit afferri aquam benedictam, deinde cum clericis, qui eum affectari solebant, hymnos canentibus, ad singulas Murciæ civitatis Hispaniæ citerioris portas accessit, stansque in illarum medio contra ea loca, in quibus dicta animalia grassari dicebantur, sacratam aquam asperxit, & ecce postridie omnia extincta sunt reperta, & intra paucos dies agri, & vineæ adeò restituta fuere, ut illo anno nulla fuerit penuria subsequuta, ut testatur Petr. Raul. *in ejus vita lib. 3, ad fin. Marbl. ead. sect. 3, cap. 6, num. 46.* Id etiam, & alijs probat exemplis, idem Majol. *de admir. nat. reb. eod. §, memini,* & Elizeus terram Hierico, quæ sterilis erat, aqua asperxit, quæ fructus postea produxit copiosissimos *Reg. lib. 4, c. 2, infra & Marf. ead. sect. 3, c. 2, num. 39.*

Vesparum † etiam aliquando tanta copia superabundavit, ut oppida deleverint: Nam Phaselitas vesparum fugarunt, ut testatur Eliam *hist. anim. lib. 11, cap. 28.* Quare apertissimè spectatur Christi virtus, & gratia, quàm suis infundit fidelibus levis. Vnus enim Friandus vesparum multitudinem, quæ integram Phaselitarum plebem fugarat, solo signo crucis abegit. Idem etiam apud Naumaticam Urbem præstitit: Nam cum messorum ab innumera vesparum vi, aculeis infixis, vexarentur, Friandus oratione præmissa, adhibito eodem crucis signo, fugavit. *Gregor. Turon. in ejusdem Friand. vit. & Majol. de admir. nat. reb. eod. colloq. 5, §. accedit, & aliud pag. mihi 243.*

M m m m

Hodie

- 41 Hodie verò † pius stylus inolevit, quo Univerſitates ad huiusmodi infeſta, & damnoſa animalia expellenda, & agrorum fertilitatem à Deo impetrandam à ſummo Pontifice generales facultates abſolvendi obtinent, quarum vigore Epifcopus pontificaliter indutus, vel Vicarius generalis abſolutionem concedit tenoris infraſcripti.
- 42 Univerſitates, † & Homines huius terræ N. hac vice auctoritate Sanctiſſ. D. N. Pauli Papæ V. nobis in hac parte conceſſa abſolvimus à quibuſvis excommunicationis, ſeu maledictionis ſententijs, cenſuris, & pœnis quocumque modo per eos ignorantèr incurſis, ſine tamen alicujus præjudicio.
- 43 Item ex parte Omnipotentis Dei, ac dicti Sanctiſſ. D. N. Papæ omnium dictæ Terræ perſonas utriuſque ſexus agror, poſſeſſiones, & bona quacumque benedicimus.
- 44 Præterea omnibus ijs, qui conſeſſi, & contriti poſt expletum jejunium, ſacram Communionem ſumpſerint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remiſſionem concedimus, & elargimur.

## BENEDICTIO SEMINVM OLEORVM & Leguminum.

Adjutorium noſtrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobifcum, &c.  
Oremus.



**D**E Domine petimus, & rogamus, ut hæc ſegetum, fructuum, oleorum, leguminum, & herbarum ſemina oculis tuis ſerenis aſpicias, ſicut enim teſtatus es Moysi ſamulo tuo in Terra Aegypti, dicens: dic filiis Iſrael. cum ingreſſi fuerint terram Promiſſionis, quam eis Dominus Deus daturus eſt, primitias frugum ſuarum offerant ſacerdotibus, & erunt benediſta, ita, & nos oramus Domine auxilium miſericordiæ tuæ ſuper hæc ſemina, ex quibus fructus de terra ſuſcipere ſperamus, ut non grandio illa ſuccidat, non turbo tempeſtatis detruncet, non aquarum inundatio abducat, non aëris immutatio exterminet, ſed tua ſancta bene † dictione munita, fructifera, & ſuperabundantiæ propter animarum, & corporum humanorum utilitatem, & uſum ad pleniffimam maturitatem perducere digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Aspergatur aqua Benediſta.

Oremus.

**P**Reces noſtras, quaſumus Domine clementer exaudi, ut qui juſtè pro peccatis noſtris affligimur, & avium, vermium, murium, locuſtarum, & aliorum animalium perſecutionem partimur, pro tuæ nominis gloria, ab ea miſericorditer liberemur, ut procul à tua potentia expulſi, nulli noceant, & hos campos, agros, poſſeſſiones, vineas, prædia, & aquas in tranquillitate dimittant, quatenus ex eis ſurgentia, & orta tuæ majeſtati diſerviant, & noſtra neceſſitati ſubſerviant. Per Chriſtum, &c.

Ore.

tribuas, vinearum quoque & arborum sctus, proventusque omnium rerum, atque ab ipsis omnibus pestiferum fidus, tempestatis procellam, & grandinis fragorem, & universa mala amovere digneris, Per Christum, &c.

Oremus.

**O**mnipotens sempiterna Deus, multiplica super nos misericordiam tuam, & preces nostras benignus exaudi, ut in fruges omnes presentes, & futuram famulorum tuorum veniat sperata bene & dictionis ubertas, ut repleti de frugibus tuis in tuo nomine, de tua gratia semper exultent. per Dominum, &c.

Oremus.

**O**mnipotens aeterna Deus, Majestatem tuam supplices exoramus, ut omni tempore hujus Terra segetes ad maturitatem fertilitatis perducere digneris, ut esurientium animas bonis affluentibus replearis, & egeni, pauperesque laudent nomen tuum. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Oremus.

**M**isericordiam tuam Domine supplices exoramus, ut animalia famulorum tuorum, sive qua infirmitate, aut morbo vexantur, sive quibus infirmitates, ac morbi imminet, in nomine tuo, atque tuae bene & dictionis virtute sanentur, infirmitatesque omnes arceantur, extinguaturque in eis omnis diabolica potestas, & ne ulterius agrotent, tu eis Domine sis defensor, ac remedium sanitatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus &c.

Aspergatur aqua Benedicta.

**A**uctoritate etiam ordinaria poterunt locustae, bruchus, & huiusmodi animalia modo praemisso, incipiendo, ut supra, adjutorium nostrum: Te, Domine petimus, &c. Et proseguendo usque in finem exorcizari segetes, fructus, & agri benedici, quod si firma fide hoc fiat, Dominus petita concedet, juxta illud, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & evanget vobis, Marc. cap. 11.

44 **Q**uamobrem, cum ad huiusmodi expellenda benedictionibus, orationibus, & signo crucis remedia haberi possint, cur ad excommunicationes, & maledictiones confugiendum? Praeterea, cum excommunicatione nulla major poena in Dei Ecclesia reperitur, ideo sobrie, & magna circumspeditione ea est adhibenda, & nonnunquam feriri in subsidium, cum vero alia remedia non suffragantur, ad excommunicationis remedium recurri potest, concil. Trident. in c. 3. & quod, si executio, de reformat. sess. 25. & contra homines

baptizatos tantum, cap. omnis Christianus, n. quest. 3.

45 Tum & si contra locustas, bruchos, mures, erucas, & similia, quae super terram videntur excommunicationis sententiam ferre liceret, eadem ratione contra mures, & vermes, qui pluries autumnali praesertim tempore, pluribus in regionibus demoliantur, sataque vastant universa, & contra quadrupedes, scilicet vulpes, & alia id genus animalia hominibus, & animalibus domesticis inimica, & noxia, idem remedium posset adhiberi, unde sequeretur, quod



- 41 Hodie verò † pius stylus inolevit, quo Univerſitates ad huiusmodi infeſta, & damnoſa animalia expellenda, & agrorum fertilitatem à Deo impetrandam à ſummo Pontifice generales facultates abſolvendi obtinent, quarum vigore Epifcopus pontificaliter indutus, vel Vicarius generalis abſolutionem concedit tenoris infraſcripti.
- 42 Univerſitates, † & Homines huius terræ N. hac vice auctoritate Sanctiſſ. D. N. Pauli Papæ V. nobis in hac parte conceſſa abſolvimus à quibuſvis excommunicationis, ſeu maledictionis ſententijs, cenſuris, & pœnis quocumque modo per eos ignorantèr incurſis, ſine tamen alicujus præjudicio.
- 43 Item ex parte Omnipotentis Dei, ac dicti Sanctiſſ. D. N. Papæ omnium dictæ Terræ perſonas utriuſque ſexus agror, poſſeſſiones, & bona quacumque benedicimus.
- 44 Præterea omnibus ijs, qui conſeſſi, & contriti poſt expletum jejunium, ſacram Communionem ſumpſerint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remiſſionem concedimus, & elargimur.

## BENEDICTIO SEMINVM OLEORVM & Leguminum.

Adjutorium noſtrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobifcum, &c.  
Oremus.



**D**E Domine petimus, & rogamus, ut hæc ſegetum, fructuum, oleorum, leguminum, & herbarum ſemina oculis tuis ſerenis aſpicias, ſicut enim teſtatus es Moysi ſamulo tuo in Terra Aegypti, dicens: dic filiis Iſrael. cum ingreſſi fuerint terram Promiſſionis, quam eis Dominus Deus daturus eſt, primitias frugum ſuarum offerant ſacerdotibus, & erunt benediſta, ita, & nos oramus Domine auxilium miſericordiæ tuæ ſuper hæc ſemina, ex quibus fructus de terra ſuſcipere ſperamus, ut non grandio illa ſuccidat, non turbo tempeſtatis detruncet, non aquarum inundatio abducat, non aëris immutatio exterminet, ſed tua ſancta bene † dictione munita, fructifera, & ſuperabundantiæ propter animarum, & corporum humanorum utilitatem, & uſum ad pleniffimam maturitatem perducere digneris. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Aspergatur aqua Benediſta.

Oremus.

**P**Reces noſtras, quaſumus Domine clementer exaudi, ut qui juſtè pro peccatis noſtris affligimur, & avium, vermium, murium, locuſtarum, & aliorum animalium perſecutionem partimur, pro tuæ nominis gloria, ab ea miſericorditer liberemur, ut procul à tua potentia expulſi, nulli noceant, & hos campos, agror, poſſeſſiones, vineas, prædia, & aquas in tranquillitate dimittant, quatenus ex eis ſurgentia, & orta tuæ majeſtati diſerviant, & noſtra neceſſitati ſubſerviant. Per Chriſtum, &c.

Ore.

Oremus.

**O**mnipotens sempiternus Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximè miserator, in cuius nomine omnia genera sicutur Cœlestia, Terrestria, & Infernalia, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, ut, quod tua misericordia confisi, agimus, per tuam gratiam efficacem consequamur effectum, quatenus pestiferos vermes, mures, aves, locustas, & alia animalia per nos servos tuos maledicendo, maledicas: segregando, segregas, exterminando, extermines, ut per tuam clementiam ab omni peste eorum liberati gratiarum actiones maiestati tue liberi referamus. Per Christum, &c.

Exorciza vos pestiferos vermes, mures, aves, locustas, & alia animalia pradiis, & eorum fructibus, quomodolibet infesta & nociva per Deum Patrem omnipotentem, per Iesum Christum Filium eius, & Spiritum Sanctum ab utroque procedentem, ut omni tempore confestim recedatis ab agris, campis, vineis, pradiis, & possessionibus huius Terræ. N. nec ullo tempore in eis habitetis, sed ad ea loca transeat, in quibus nemini nocere possitis, pro parte omnipotentis Dei, & totius Curie Cœlestis, & Ecclesiæ S. Dei vos maledicens, ut quocumque iveritis sitis maledicti, deficientes de die in diem, in vos ipsos, & decrecentes quatenus de vobis reliquæ nullo in loco inveniantur, nisi necessarie ad salutem, & usum humanum, quod prestare dignetur qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Oremus.

**D**omine Iesu Christe, qui Jordanis Flumen benedixisti, & in eodem baptizatus, aquas mundasti, & purificasti, ut elementum salubre efficeretur, & in remissionem peccatorum, & has aquas quoque benedicere, & sanctificare, & mundare digneris, ut nihil in eis noxium, nihil pestilens, nihil inscius, nihil corrumpens remaneat, sed omnia pura, & munda in eis efficiantur, quatenus, quæ ad usum humanum ex eis creata sunt cum salute nostra, & gloria sua assumamus. Per Christum, &c.

Ad iutorium nostrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus:

**B**enedicat nos Deus, Deus noster, & Terris nostris ubertatem concedat, & centuplum amplifaciat fructus earum, ut viventes in exultatione manipulos nostros colligamus. Per Christum, &c.

Aspergatur aqua Benedicta:

Oremus.

**D**eus, qui harum arborum plantas tua visitatione, & providentia protectas esse voluisti, nunc etiam, ut easdem benedicere, & sanctificare digneris, precamur, ut quicumque ex fructibus earum sumpserint, sani & incolumes esse valeant, Per Christum, &c.

Oremus.

**B**enedicte Domine omnes fructus arborum huius Terræ N. & presta, ut qui ex eis in tuo nomine vescantur, corporis, & anima sanctitate potiuntur. Per Dominum nostrum, &c.

Oremus.

**T**E Domine Sancte Pater omnipotens aterne Deus supplices deprecamur, ut misericordia tua iugiter nobis concedas mesium sufficientem copiam, fructuum omnium largitatem

M m m 2

vii

tribuas, vinearum quoque & arborum sætus, proventusque omnium rerum, atque ab ipsis omnibus pestiferum fidus, tempestatis procellam, & grandinis fragorem, & universa mala amovere digneris, Per Christum, &c.

Oremus.

**O**mnipotens sempiternæ Deus, multiplica super nos misericordiam tuam, & preces nostras benignus exaudi, ut in fruges omnes præsentis, & futuræ sæculorum tuorum veniat sperata bene & dictionis ubertas, ut repleti de frugibus tuis in tuo nomine, de tua gratia semper exultent. per Dominum, &c.

Oremus.

**O**mnipotens æternæ Deus, Majestatem tuam supplices exoramus, ut omni tempore hujus Terræ segetes ad maturitatem fertilitatis perducere digneris, ut esurientium animæ bonis affluentibus replearis, & egeni, pauperesque laudent nomen tuum. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Oremus.

**M**isericordiam tuam Domine supplices exoramus, ut animalia sæculorum tuorum, sive quæ infirmitate, aut morbo vexantur, sive quibus infirmitates, ac morbi imminet, in nomine tuo, atque tuæ bene & dictionis virtute sanentur, infirmitatesque omnes arceantur, extinguaturque in eis omnis diabolica potestas, & ne ulterius agrotent, tu eis Domine sis defensor, ac remedium sanitatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus &c.

Aspergatur aqua Benedicta.

**A**uctoritate etiam ordinaria poterunt locustæ, bruchus, & hæc similia animalia modo præmissa, incipiendo, ut supra, adjutorium nostrum: Te, Domine petimus, &c. Et proseguendo usque in finem exorcizari segetes, fructus, & agri benedici, quod si firma fide hoc fiat, Dominus petita concedet, juxta illud: quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & evanget vobis, Marc. cap. 11.

44 **Q**uamobrem, cum ad hujusmodi expellenda benedictionibus, orationibus, & signo crucis remedia haberi possint, cur ad excommunicationes, & maledictiones confugiendum? Præterea, cum excommunicatione nulla major pœna in Dei Ecclesia reperitur, ideo sobrie, & magna circumspeditione ea est adhibenda, & nonnunquam feriri in subsidium, cum verò alia remedia non suffragantur, ad excommunicationis remedium recurri potest, concil. Trident. in c. 3. & quod si executio, de reformat. sess. 25. & contra homines

baptizatos tantum, cap. omnis Christianus, n. quest. 3.

45 Tum & si contra locustas, bruchos, mures, erucas, & similia, quæ super terram videntur excommunicationis sententiam ferre liceret, eadem ratione contra mures, & vermes, qui pluries autumnali præsertim tempore, pluribus in regionibus demoliantur, sataque vastant universa, & contra quadrupedes, scilicet vulpes, & alia id genus animalia hominibus, & animalibus domesticis inimica, & noxia, idem remedium posset adhiberi, unde sequeretur, quod

quod excommunicationis gladius, qui tam sobriè, & tam cautè est exercendus temere, & levibus de causis incuteretur, ex quo magis contemni posset, quàm formidari, & perniciem potiùs pareret, quàm salutem, contra ejusdem sacri concilij Tridentin. dispositionem, *dict. capit. 3. in princ. de reform. sess. 25. cap. multi, vers. auferre malum, 2. quest. 1.* Pluribus etiam ac solidis fundamentis Doctorum animalia excommunicari, & anathematizari non posse, probat idem Cassan. *dict. conf. 1. par. 5. à princ. usque ad numer. 150.* licet postea contrariam partem amplectatur, quam tamen non probat, ut cuicumque illud legenti patet ad sensum.

46 Theologi autem ꝑ tenentes, quod animalibus irrationalibus maledicere liceat, loquuntur in terminis peccati, an, scilicet, illis maledicere sit peccatum, & in his terminis post Cajet. loquitur Cardin. Tolet. ubi inquit, quod ratione mali ab ipsis illati possunt maledici. Quia non est, tam maledicere creaturæ, quam malo, *ut in instruct. sacer. lib. 4. capit. 13. numer. 7.* & propterea non est peccatum, illi extrajudicialiter maledicere; sed judicialiter excommunicari, aut maledici non possunt, idque credere, vel excommunicare superstitionis esse, tenet Navar. *in conf. 5. alias 57. num. 8. & 12. de sent. excom. lib. 5. par. 2.* Qui in terminis contra conf. Cassan. scripsit, & Grass. *decis. aur. cap. 7. numer. 15* in quos postea supra à me in rem hanc congesta forte incidi, necum ob id, quod idem cum illis senserim, gratulatus, arg. *Idem in cap. Valentinianus, §. cum autem 63. distin. excommunicari, aut anathematizari non potest, nisi homo baptizatus ex supra allegat. quibus modo addo Navar. eodem*

*conf. 5. numer. 6. & Grass. eodem cap. 6. numer. 15.*

47 Ea est enim dæmonis caliditas, ꝑ ut, cum manifestis, & apertis ictibus animas petere vereatur, occultis technis, falsisque nominibus sub specie boni miseris mortalibus conatur imponere, Hujus ideo astutia sæpe inducuntur homines ad credendum solis excommunicationibus, maledictionibus, & conjurationibus animalia irrationalia ex sententiarum, & maledictionum bonitate, & virtute fugari posse, in quibus tamen actionibus, quandoque dæmonis potestas operatur, qui è terris dicta animalia abstulit, & plerumque occidit, ut ita deceptos falsa credulitate detineat, eoque non principaliter in Deo, sed potius in eisdem operationibus confidentes, sibi manuteneat. Unde, cum hujusmodi manifestam superstitionem sapiant, non est illis in hærendum, Navar. *dict. num. 12. & Grass. dict. cap. 6. numer. 22. & 13.*

48 Eiusdem ferè generis est ꝑ quod dæmones solent cum viros, & mulieres seducunt, ut veneficijs veneficia curent applicanda. Habet enim astutus ille hostis delectum veneficarum gregem, quæ illius opera, & consilio pueros fascinant, infantes plerumque cum matribus, ac nutricibus venenis inficiunt, domestica animalia in ipsis ædibus ad extremam maciem, & ad necem malefico tactu perducunt, nihilque sceleris est, quod non intentent, sub tam scelestissimo ducè, nec raro in loco, ubi talia monstra degunt, tam immania admittunt, sed per alias urbes, & vicina oppida circumvolant sæpe realiter, & corporaliter de loco ad locum dæmonis opera sese transferentes, Sylv. *in ver. hæresis, §. 3. numer. 6. & Mart. del.*

Mmm 3 Rio,

Rio, qui plures casus, & exempla deducit in tom. 1. *Disquis. Magic. lib. 2. questio. 16. per tot.* de quibus etiam in *priori tom. cap. 36. de sortileg.* nonnulla retulimus.

Et quamvis (ut hoc in loco id obiter adjungam) quod ad dictam corporum translationem attinet, contrarium probare videatur, *capitulum Episcopi 26. quest. 5.* tamen nullam vim illud facere comprobat idem Martinus del Rio, qui ad contraria respondens *dictum cap. Episcopi* in omnibus his partibus est interpretatus. Nam, inquit, cum dictum capitulum sit concilii Ancyranum, & sit tantummodo decretum concilii particularis, seu provincialis contra mulieres, quæ simulant seludere cum Diana, &c. de cujus à Romano Pontifice approbatione non constat, non est tantæ auctoritatis, ut, quæ per eum fuerunt decisa, certa fide sint credenda, nisi quatenus sacræ Scripturæ, & ecclesiasticæ traditioni, & definitioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ sunt, quæ tradit, consentanea, idem Martinus del Rio, *ead. sect. 16. §. quare magis, & §. quæ & quanta.*

49 Sed, † quod striges quandoque etiam non localiter, & realiter deferantur, sed interdum in imaginatione fiant, quæ ipsæ verè fecisse testantur, tenet Syl. qui de d. cap. *Intellectu etiam scripsit in dict. verb. hæresis, §. 3. num. 7. & seq. & dixi in eodem c. 36. num. 11. tom. 1.*

30 Quod autem † plures tradunt, humana corpora in aliam speciem, & formam dæmonis opera posse transformari, & ideò striges in lupos, cattos, simias, porcos, equos, asinos, & in alia animalia dæmonum virtute esse conversa, & quæque necessaria portare, & post peracta opera ite-

rum ad se redire, nec fieri in eis mentem bestialem, sed rationalem, humanamque servari, non fit verisimile, nam nulla arte, vel potestate animus, sed, nec corpus quidem aliqua ratione in membra, vel in lineamenta bestialia veraciter converti potest, sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando, sive somniando per rerum innumerabilium genera variatur: & cum corpus non sit, corporum similes formas mira celeritate capit; sopitis autem, & oppressis homini sensibus corporeis, ad aliorum sensum figura corporea perducitur potest. Ita tamen, quòd corpus ipsum hominis alicubi jaceat, vivens quidem, sed multò gravius, atque oppressus, quam somno suis sensibus obferatis: phantasticum autem illud, veluti formatum in alicujus animalis imaginem alienis sensibus appareat, talisque homo sibi videatur, qualis sibi videri posset in somnis, portare onera, quæ onera, si vera sunt corpora, portantur à dæmonibus, ut illudant hominibus, partim vera onerum corpora, partim falsa, jumentum cernentibus, S. Aug. in *lib. de spir. & anim. cap. 26. tom. 2.* quem sequitur *Majol. de admir. nat. reb. colloq. 2. §. hæc probantur, pag. mibi 99.* quod alijs pluribus rationibus, & auctoritatibus comprobatur, *Martinus del Rio in tom. 1. disquis. Magic. lib. 2. c. 17. §. prior conclusio, & quest. 18. §. sed quando, & per tot.* Potest tamen dæmon † maleficijs hominem adeo fascinare, ut à diabolo obfessus, se putet in lupum verti, atque humanas vorare carnes, cum illud efficiat lupus verus, & quandoque dæmon ipse corpus lupo per simile assumit, aut hominem in hujusmodi forma ab alijs videri facit, *Syl. de Strig. lib. 2. 69.*

cap. 8. punct. 4. & Majol. ead. colloq. 5. quæ  
verò pag. 100. habet enim dæmones pote-  
statē supra phantasiā hominis, eamque  
alienare, ut videatur bestia, seu bestiale  
animal, eum non sit, Andr. de Iser. in tit.  
de pecul. amat. in ver. & quamquam verita-  
tem in const. Regn. Sicil. per D. August.  
libr. 18. de Civit. Dei, cap. 18.

52. His insidijs ꝑ Satan, non tantum ani-  
mas, quas assidue indefessus oppugnat, sed  
etiam corpora, impetit, non tantum  
spiritualis, quam corporeæ salutis everfor,  
sed ut ad rem redeam, in hoc genere  
aliud impurissimus ille molitur, non mi-  
nus damnosum, nam, quos habet dæma-  
naræ illius artis cultores, s; magicis arti-  
bus alicui noxā intulerint, aut ligaturis  
matrimonia contracta dissolverint, aut  
contrahenda impederint, eosdem per-  
versè docet, salubria supersticiosi modis  
remedia profiteri, & fascinosos in grave  
scelus impellere, & unde vulnus illatum,  
inde medicina petatur, & altera manu  
venenum propinent, altera polliceri pos-  
sint antidotum. His dolis instructus, &  
arte pelagæ Satan divinum nomen affe-  
ctans, miseros captat innumeros, diris  
secum flammis, nisi respuerint, excru-  
ciandos. Hic illi quæstus existit uberri-  
mus. Nam multi hoc nomine decepti,  
corporeæ potius, quam spiritualis salutis  
avidī, dum aliquid mali ab huiusmodi  
belluarum peste, aut aliunde, accepisse  
suspiciantur, non ad divinam opem ora-  
tionibus, alijve pijs operibus imploran-  
dam, confugiunt, non peccata, tanquam  
veram huiusmodi malorum causam, ex-  
trudere pœnitentia student, sed malefi-  
cos, striges, & sortilegos consulunt illo-  
rum more, qui à scorpionibus isti ab eis-

dē solēt remediū petere, plus in diabolica  
arte, quam in divino subsidio confiden-  
tes, contra illud, *Levit. cap. 19.* Non de-  
clinētis, inquit Dominus, ad Magos, nec  
ab ariolis aliquid sciscitemini, ut pollua-  
mini per eos, & ꝑ quā hoc crimen Deo  
exosum sit, multis in locis litteræ sacræ  
testantur, & præsertim in ead. *Levit. cap.*  
*20.* Anima inquit Dominus, quæ decli-  
naverit ad magos & ariolos, & fornicata  
fuerit cum eis, ponam faciem meam con-  
tra eam, & interficiam illam de medio  
populi sui, & in *1. d. cap.* vir sive mulier,  
in quibus Pythonicus, vel divinationis  
fuerit spiritus, morte moriantur, lapi-  
dibus obruent eos, sanguis illorum sit su-  
per illos & in *Deut. cap. 18.* Non invenia-  
tur in te, qui lustrat filium suum, aut fi-  
liam ducens per ignem, aut qui ariolos  
sciscitetur, & observeat somnia, atque  
auguria, nec sit maleficus, nec incanta-  
tor, nec qui Pythones consulat, nec di-  
vinos, aut quærat à mortuis veritatem.  
Omnia enim hæc abominatur Dominus,  
& propter istiusmodi scelera delebit eos  
in introitu tuo. Hæc moyses, sic decipiun-  
tur à Diabolo incauti homines ad venefi-  
cos, & magos divertentes, qui dum exe-  
cratissimæ arti, & ejus artifici Satanz  
consentiunt medicinam quærentes, vel  
quid simile grave peccatum admittunt,  
& æternam sibi mortem inveniunt. Non  
tamen reticebo sæpè numero fieri, ut  
huiusmodi belluz falsa pronunciet, &  
varia pro medicina venenum tribuant,  
Deo sic permittente, juxta illud. *Isaiæ c.*  
*44.* Irrita faciens signa divinatorum, &  
ariolos in furorem vertens, & apud *Isaiā*  
*cap. 47.* veniet super te malum, & nes-  
cies ortum ejus, veniet super te miseria,  
quam

quam nescies, ita cum incantatoribus  
cuis, & cum multitudine maleficiorum  
tuorum, in quibus laborasti ab adolescen-  
tia tua si forte quid profit ibi, aut si possis  
fieri fortior, &c.

54 Magno ¶ stetit Sauli Regi Pythonissa,  
ad quam consulendam accesserat, 1. Re-  
gum cap. 28, maximo suo malo Israelitæ  
Deum averfati divinationibus & incan-  
tationibus operam dabant 4. Regum c. 17,  
Cœlestem in se iram accedit Manasses ob-  
servans auguria, & Pythones faciens 4.  
Regum c. 21, Quot mala Pharaoni pepere-  
runt arioli, & malefici, quibus contra Do-  
minum utebatur, Exod. cap. 7. & 14, Et  
Nabuchodonosor ē Regem Magi, & ma-  
lefici, quos alebat, in extremum discrimē  
conjecere Daniel. c. 2. Hoc demum scelus  
adeo grave est, ut sicut divinam directe  
majestatem offendit, ita severiorem cœli-  
tus solet expectare vindictam.

55 Conjuraciones autem ¶ & adjurationes  
à quibus mox fuimus digressi, non sunt ita  
faciendæ, ut illæ ad irrationalia nocentia  
referantur, sed ad ipsum Deum solum ea  
moventem, quod tunc verè præstamus,  
cùm illum obsecramus, ut dignetur illa  
compescere aliquo modo suæ Majestati  
grato vel referendo ad diabolum, & ei  
præcipiendo Ecclesiæ potestate à Deo  
tradita, ut cesset à movendo, ducendo, 56  
& erigendo, ac retinendo illa contra nos  
D. Thom. 2, 2, q. 90, art. 3, in corpore, &  
Navar. eod. conf. 5, n. 11. & exorcismis ec-  
clesiasticis, quos publicus Ecclesiæ usus  
recepit, & approbavit, ut supra sub n. 41,  
& sequenti non quibuscunque privati  
comminiscuntur hujusmodi animalium  
depulsiones probari, testatur Martin.  
del Rio *Disquisit. Magic. lib. 3. par. 2. q.*

4. sectione 8. §. tertio licet tom. 2. Precibus  
tamen & ligno crucis, ut dictum fuit,  
& aqua benedicta, quatusus fuit Sanctus  
Vincentius, ut loco supracitato, num. 39.  
hujusmodi infesta animalia expelluntur,  
præmissa etiam à populo Sacramentali  
confessione sacerdotibus idoneis, & ap-  
probatis facta, sacraque communione  
sumpta in dictis processionibus, illisque,  
si opus fuerit, triduo piè, & devotè pera-  
dis, à sacerdote sacris vestibus induto,  
præmissa etiam oratione Dominica, Sa-  
lutatione Angelica, & Symbolo Athana-  
sij contra demones permessa est conjura-  
tio, ut abstineant ab usu irrationalium in  
damnum, & præjudicium generis huma-  
ni, illaque in loca, unde venerunt, redi-  
re permittant, & fugiant à facie sacrosan-  
ctæ crucis, quæ eisdem demonibus osten-  
datur, & ejus virtute jubeantur fugere,  
& relinquere sua maleficia ad laudem, &  
gloriam Domini Nostri Iesu Christi, & si  
primæ conjurationi non paruerint, altera  
reperatur, & tertia, donec dicto audien-  
tes fuerint cum firma fide, se quod petunt,  
aut quod animabus magis expedierit, cer-  
tò impetratos, ut per D. Thomam 2. 2.  
quæst. 83 art. 5. Navar. in *Enchirid. de orat.*  
cap. 19. num. 162. & in dicto consilio quinto,  
alias 57. num. 13. usque in fin.

56 Quodd, si quæ adhuc firmanda hætenus  
contulimus, nondum satis lectori fece-  
rint, clarioraq; fortasse quisque depolceret  
nil promptius duci posset, nec accōmo-  
datius, quàm ipsius Dei omnipotentis vox  
talia docentis, ac promittentis. Apparens  
enim Deus nocte Salomoni dixit. Au-  
divi orationem tuam, & elegi locum  
istum mihi in domum sacrificij. Si clau-  
sero cœlum, & pluvia non fluxerit,  
&

& mandavero, & præcepero locustæ  
& devoret terram, & misero pestilen-  
tiam in populum meum conversus autem  
populus meus, super quos invocatum est  
nomen meum, deprecatus me fuerit, &  
exquisierit faciem meam, & egerit pœ-  
nitentiam à vijs suis pessimis, & ego ex-  
audiam de cælo, & propitijs ero peccatis  
eorum, & sanabo terram eorum. Oculi  
quoque mei erunt aperti, & aures meæ  
erectæ ad orationem ejus, qui in loco  
isto oraverit. *Paralip. lib. 2, cap. 7*, ex quo  
textu facillè colligitur, nihil agere, qui  
calamitatibus vexati, orationis, & pœ-  
nitentiæ remedio postposito, aliunde sibi  
accersant auxilium, execrationibus ma-  
gis freti, quàm precum, pœnitentiæ quæ  
virtute, quæ simul junctæ, quæcumque  
homini necessaria sunt, solæ præstare  
possunt, orationis enim vis, & efficacia  
cælum aperit, & claudit: oratio solvit  
vincula Petri, & Pauli dilatavit prædica-  
tionis fiduciam. Oratio caminum ignis  
extinguit, ora leonum conclusit, seditionem  
compescuit, oratio Paradisum  
aperuit, oratio cæli cardines referavit.  
Oratio sterilem fecundavit. Oratio Cor-  
nelij cælos penetravit. Oratio publica-  
num justificavit, Sanctus Ioannes Christo-  
stomus *de red. suo ab Asia homil. 3*, Et Iesus  
ait: habete fidem Dei. Amen dico vobis,  
quicumque dixerit huic monti tolle te,  
& mitte te in mare, & non hæsitaverit  
in corde suo, sed crediderit, quia quod-  
cumque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea  
dico vobis omnia quæcumque orantes  
petitis, credite, quia accipietis, & eveniet  
vobis *Marc. cap. 11*.

76 Sanctus † Gregorius Thaumaturgus  
non procul ab Amasea saxum ingens ve-

lut collis, cum ædificando templo esset  
impedimento, solo jussu summovit. Quo  
miraculo ethnicorū idololatrum quæ ædi-  
tuus, cum propinquis omnibus relicto  
gentilismo ad Christi fidem conversus  
est, Gregorius Nissenus, *in vita ejusdem  
apud Suriium tomo 4*, Sanctus Theodo-  
rus Siccorum, in dilatatione templi San-  
cti Gregorij magna rupes obstabat,  
neque à fabris quavis arte excindi po-  
terat, at illi jussit voce aliò se conferret,  
permitteretque Ecclesiæ Dei locum dila-  
tari; paruit rupes, cui jussum id fuerat,  
migravitque, dimissa sibi illæsa arbore,  
cui id non fuerat jussum. Gregorius  
Presbyter in vita ipsius Theodosij apud  
Lipoman. *tom. 7*. & Honorius † vir Dei  
cum magna moles saxea, quam quinquaginta  
bouvum juga loco non movissent, hortulum  
magno incommodo afficeret, sola oratione  
procul transtulit, Gregor. *Dialog. lib. 1, cap. 7*. &  
Majol. *de admirand. nat. reb. colloqu. 18*. §. assentiar, &  
ego, pag. mibi 806.

78 Sarraceni † Evangelium Christi bla-  
sphemare volentes, omninò incumben-  
bant, ut Christiana Adlogio è Regione  
Tarvisina Regni Mosul detruderetur, &  
accitis igitur Christianis, proposuerunt  
oportere eos, vel propriæ fidei signum  
aliquid edere, aut loco cedere, ac solum  
vertere, montem enim illis esse transfa-  
rendum, quòd sic dicent Christi dogma-  
ta. Absterrita tota Christiana plebs,  
miracula faciendi virtutem apud se non  
agnoscens, mœsta cœpit esse, tunc vir  
quidam Christi fervens amore, & fide,  
confortavit pusillanimes, & fusa oratione  
ad Dominum, cum tota fiducia monti  
jussit, ut aliò se transferret in nomine

Nnnn

sanctæ



sanctæ, & individuæ Trinitatis, & translatus est. Quo miraculo multi Sarracenorum conversi, Christi fidem susceperunt. Marc. Polyt. navig. lib.

1. c. 18. & Majol. de admir. nat. reb. qui alias auctoritates adducit, colloq. 16. §. post hæc omnibus seculis, pag. mibi 728.

## DE IVDAEIS, ET SARRACENIS.

### Cap. IV.

#### S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 Iudæi ipsi bruti sunt deteriores,<br/>Ad Christi fidem conversi retinent jus successionis, ibidem.</p> <p>2 Possunt petere legitimam vivo patre.</p> <p>3 Sunt in fide instruendi, &amp; à quibus.</p> <p>4 A suis domesticis, &amp; parentibus sunt segregandi.<br/>Ad fidem non sunt cogendi, ibidem.</p> <p>5 Antequam baptizentur, quandiu expectandum.</p> <p>6 Non debent per vim baptizari.</p> <p>7 Et quare.</p> <p>8 Idem, quod supra, num 4.</p> <p>9 Restitutio non datur contra impressionem characteris.</p> <p>10 Dolus, quo quis ad bonum inducitur, non imputatur.</p> <p>11 Iudæi in delictis ecclesiasticis subsunt foro ecclesiastico, &amp; in quibus.</p> <p>12 In quibus delictis subsunt foro seculari.<br/>Iudex ecclesiasticus in causis misti fori, etiam contra Hebraos jus habet preventionis, ibidem.</p> <p>13 Iudæi nondum conversi non possunt dici hæretici, &amp; quare.<br/>Infideles non possunt esse hæretici, &amp; quare, ibidem.</p> | <p>14 Neophyti contumaciter Iudæizantes, tanquam hæretici, sunt puniendi.</p> <p>15 Iudæi, si fiant Sarraceni, non puniuntur.<br/>Limita, ibidem.</p> <p>16 Iudæi non possunt excommunicari, &amp; quare.</p> <p>17 Idem, quod supra num. 11.</p> <p>18 Ancharani opinio reprobat.</p> <p>19 Idem, quod 12.</p> <p>20 Idem, quod supra num. 11.</p> <p>21 Idem.</p> <p>22 Idem.</p> <p>23 Hæreticorum fautores sunt ipso jure excommunicati.</p> <p>24 Idem, quod supra num. 11.</p> <p>25 Idem.</p> <p>26 Iudæi Christianos probro habent, &amp; ludibrio.</p> <p>27 Iudæi, si contra legem suam peccent, puniuntur à Iudice ecclesiastico.</p> <p>28 Iudæis publica officia minimè committenda.<br/>Et quare, ibidem.</p> <p>29 Iudæi sunt infames.</p> <p>30 Iudæorum azima Christianis non licet comedere.</p> |
|--|--|

31 Iudæi.

- 31 Iudæi non possunt doctoratus dignitate insigniri.
- 32 Iudæi non sunt ad agrorum curam adhibendi, & quare.
- 33 Mortem appetit, qui à Iudæo sanitatem querit.
- 34 Medicus Christianus agrum ad pœnitentiam hortari tenetur.
- 35 Iudæi Christi nomen invocare prohibentur.
- 36 Iudæis Christianorum interdici potest commercium.
- 37 Hereticis, & eorum fautoribus non sunt committenda officia.
- 38 Heretici peiores sunt Iudæis.
- 39 Idem, quod supra num. 37.
- 40 Idem.
- 41 Idem, quod supra num. 16.
- 42 Idem, quod supra num. 36.
- 43 Iudæi, quare in Ecclesia Dei tolerantur.
- 44 Iudæorum fides fundamentum habet veritatis.
- 45 Episcopi non possunt dispensare, ut domi sue nutrices Iudæorum infantes lactent.
- 46 Iudæis inservientes sunt excommunicandi.
- 47 Ecclesia triplex.
- 48 Idem.
- 49 Idem.
- 50 Iudæis synagoga quomodo sint permisse.
- 51 Synagoga apud Hebræos, idem est, quod apud nos Ecclesia.
- 52 Iudæis oēs sunt permissa cœtera prohibita.
- 53 Hereticis non licet synagogas, & similia loca sibi constituere.
- 54 Mesquitas apud fideles Sarracenis habere non licet.
- 55 Mahometis genus.

**A**LOCVSTIS ad Iudæos, & Sarracenos descendimus, qui dum suæ cæcitatibus in tenebris vivunt, Christum Jesum minimè volentes agnoscere, non procul absunt ab irrationabilibus, imò his fortè deteriores, juxta *Isai. cap. 1. circa princ.* Bos, inquit Dominus per Prophetam, cognovit possessorem suum, asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cogitavit.

<sup>1</sup> Quandoque tamen † divino instinctu, supernaque luce cœlitus illustrati ad fidem Christi convertuntur, & tunc conversi non perdunt agnationem, quominus parentibus succedant, sicut prius, *cap. Iudæi, & Sarraceni, ubi etiam Abb. num. 2, de Iud. & Sarraceni.*

<sup>2</sup> Quinimò talis filius † conversus potest petere legitimam in bonis patris vi-

ventis, Felyn. in eodem cap. Iudæi, num. 2. Ferret. *cau. 24.* quem citat, & sequitur *Vrbl. de Affli. decis. 151. num. 10. ut in cap. 35. tomo 1. ubi nonnulla de Iudæis, de quibus aliqua inacta hoc loco tangenda judicavi.*

<sup>3</sup> Iudæos ad fidem conversos † curare debent sacerdotes baptizantes, & alij de sacro fonte eos suscipientes, tam ante baptismum, quam post, illos in articulis fidei, & legis novæ præceptis Catholicæ Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi, quam diocesani operam dare, ne sicut quandoque contingit, ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat, ut inquit *Paul. III. in constit. 29. §. curent insuper, in Bull. Romæ. pag. 415. cap. vos ante, & ibi gloss. & Archid. de consecr. distinct. 4.*

**N u n n a**

**Et,**

4 Et, ꝑ ne parentum involvantur erroribus ab eis sunt auferendi, & monasterijs, aut Christi fidelibus ad educandum tradendi, ut *cap. Iudæorum, 28, quest. 1.*, non autem ad fidem sunt cogendi, *c. sicut de Iud.* quam tamen si inuitus suscepisse contenderit, cogendi sunt retinere, *cap. licet plerumque in fin. cap. de Iudæis 45, distinct.* & Abb. *in cap. sicut Iudas num. 3. de Iud. & Sarrac.*

5 Ne autem ꝑ de voluntate baptizatorum dubitari contingat, Iudæus fugiens ad Christianos, & postulans baptismum, non debet repente baptizari, sed tantisper est expectandus, donec illius voluntas fuerit patefacta, qua scilicet se non si nistro animi impetu, & ex suis alicubi ægrè faciat, vel ex aliqua alia instabili, & leui causa, sed recta solum, piæque devotione motus ad regenerationis sacramentum venisse demonstrat: pro cuius voluntatis exploratione inter Christianos commorari, & stare debet totos quadraginta dies antequam baptizetur, ut *cap. ne, quod absit de consecr. distinct. 4.* & Abb. *in cap. sicut Iudæi num. 2. de Iudæ.*

6 Queritur, ꝑ si eveniat, infantem Iudæum à Christianis baptizari, in scijs parentibus? Id fieri non debet, non enim debet quis per vim baptizari, *cap. Iudæorum & ibi gloss. 28. quest. 1. cap. de Iudæis, 48, distinct. cap. ad fidem, 25, quest. 5, & cap. maiores S, item queritur & ibi Abb. num. 2, de baptis.*

7 Nec filij Iudæorum ꝑ debent inuitis parentibus baptizari, ex quo illi sunt in parentum potestate constituti, Felyn. *in cap. sicut de Iud. Abb. in cap. 2. de conuer. in fidi. Alex. in l. multum, in fin. de verbor. obs. & conf. 71, num. 2, vol. 2, quos*

*citatur, & sequitur Vrsill. Affl. decis. 155, num. 1.*

8 Sed hoc casu ꝑ debet infans à patribus separari, & in loco tuto, ubi in fide instruat, educari: Ita respondit sac. congregat. Trid. conc. paucis abhinc annis Camillo Dadeo primo Episcopo Fossanensi. Vbi cum quædam Christiana nutrix cum infante Hebræo, quem lactabat, se in ædes cuiusdam, cuius fortè, contulisset, à nobilibus quibusdam adolescentibus idem infans fuit baptizatus, unde iure merito patres dixerunt, ut segregaretur, ubi in fide Christiana posset adulescere, ut diligenter fuit factum, & cautè, ne ullo modo parentibus, qui puerum anxie exquirebant, ad illum educandum via pareretur: & ita communi illius piæ ueritatis pecunia in pio loco fuit educatus: Nec erat ullo iure reddendus, ne in sacramenti suscepti contemptum, & ad Christianæ Religionis ignominiam, Iudæicam personam à suis denuò cogereetur assumere, & erroribus parentum rursus involvi, dicto capite Iudæorum 28. quest. 1.

Tum etiam, ut fidem, quam etiam inuitis parentibus acceperat, tenere adigeretur, ne nomen Domini blasphemaretur, & suscepta fides contemptui esset, atque ludibrio, dicto cap. de Iudæis, 45. distinct.

9 Præterea ꝑ contra impressionem characteris cum indelebilis sit, nulla dari debet restitutio, nec potest: maximè cum quis inuitatur ad meliora, Abb. *in d. c. maiores, S, item queritur num. 7, de baptis.*

Nam ꝑ dolus, quo quis ad bonum animæ inducitur, non impuratur, nec impeditur

pedit propositum melioris vitæ, cap, cum dilectus & ibi gloss. de ijs, quæ vi met. ve cau. sunt quod etiam sequitur Abb. in dicto c. maiores Et hoc loco facit illa solemnis juris regula, multa facta tenere, quæ alias fieri prohibentur l. 1. §. biduum ff. quan. appell. sit, cum alijs simul.

11 Subiunctum est Iudæi foro ecclesiastico in delictis Ecclesiasticis si peccaverint in clericum vel in fidem, aut contra canones, aut legem divinam, veluti si Iudæus dimittat uxorem, & aliam accipiat, quia punitur per iudicem ecclesiasticum servata lege Iudæorum. Bald. conf. 315. Iudæis tutela in sine, & conf. 316, quia sæpe in sine volum. 1. & Calder conf. 125. alias 11. de Iudic. & for. compet. & conf. 489. alias 2. de Iudæis, & idem Bald. in conc. 422. lib. 5. quem citat, & sequitur Card. Tuschus tom. 4. pract. concl. 372. num. 1. & Surd. decis. 133. num. 2.

12 Foro seculari subsunt in delictis secularibus Calder. ibid. In causis vero, quæ inter personas seculares sunt misti fori, etiam contra Hebræos, locus est præventioni, Abbas in cap. postulasti, nu. 5. circa fin. de Iud. & Sarracenis, ut in causa blasphemiz, & sacrilegij.

13 Iudæi, & Sarraceni & alijque infideles hæretici esse non possunt, quia separatio non admittitur in ijs, qui sunt extra Ecclesiam, tamen, si quid in contemptum Christianæ religionis admiserint, aut aliquod blasphemiz genus protulerint, tanquam hæretici, & hæreticorum poena puniuntur. Cald. conf. 125. alias 11. de foro competent. & Card. Tusc. eodem tom. 4. pract. conc. 372. num. 1.

14 Idem est dicendum de neophitis, qui si se corrigere post canonicam monitionem

neglexerint, & ad vomitum Iudaizantes, redire comperti fuerint, contra eos, tamquam perfidos hæreticos, per Ordinarios locorum secundum sacrorum canonum instituta, procedi debet, ut in eadem const. §. si quis autem C. plerique eadem distinct. 4. & in constit. Gregorij Papæ XIII. cap. 73. §. cujusvis in Bull. Rom. pag. 1306. & Oldr. conf. 36.

Si tamen Iudæus fiat Saracenus, non punitur, quia de ijs, quæ sunt extra nos, nihil ad nos, secus si fidem agnovisse cepisset, quia transendo ad aliam sectam, punitur. Oldrad. conf. 51. incipiens Iudæus transivit, quod autem dicitur de ijs, qui extra nos, nihil ad nos, intelligitur respectu excommunicationis, ut non arceantur.

Non enim possunt ab Ecclesia per excommunicationem eijci, qui nunquam fuerint in ea recepti, Oldrad. eod. conf. 36. in princ. cap. gaudemus de divor. Sed puniendi sunt corporaliter, & in pecunia, Alexand. conf. 99. visa inquisitione, num. 11. lib. 6. & conf. 1. Attentis numero 21. & seq. vol. 7.

In ijs autem, quæ circa fidem cum Iudæis nobis sunt communia, velut, esse Deum unum & æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium, & invisibilium, & similia, si quis Iudæus non esse asseruerit, prædicaverit, aut Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, matremque ejusdem non esse virginem, & alias huiusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè, protulerit, si viderit, quæ sanctissimum sacramentum Eucharistias

charitatis nutrices Christianæ sumptuerint, lac uno, vel pluribus diebus in latrinam, cloacas, vel alia loca effundere coegerit, iudicio Episcoporum, & inquisitorum est puniendus, ut in const. eisdem Greg. Papæ XIII. c. 73, §. si quis Iudæus, §. si Salvatore, & §. si nutrices ea pag. 1306, Innoc. in cap. quod super num. 5, de voc. redempt. Felyn. in capite postulasti num. 4, & 5, de Iude & Sarrac. & Burlat. post alios in d. conf. 90, num. 1, 2, 3, 13. & 21 14, vol. 1.

18 Unde est ea opinio, quod crimen deturpationis figuræ Domini nostri Jesu Christi à Judæo commissum, non spectet ad forum ecclesiasticum, de quo per Ancharanum in conf. 15. sub num. 4, pace tanti viri, quem ego digniore loco habui, & observo, sic dictum. hodie præfertim non est vera, quia repugnat const. Greg. XIII. in dicto §. si Salvatore, 19 & etiam est contra communem opinionem, qua cavetur, quod in causis misti fori inter iudicem ecclesiasticum, & secularem, sit locus præventioni, ex supra alleg. cū n hoc sit sacrilegium, ut pluribus probat, id. Ancharan eod. conf. 15. num. 2.

20 Eidem iudicio ecclesiastico subjicitur Judæus, qui dæmones invocat, consulit, aut eorum responsa accipit, & ad illos sacrificia, aut preces, ad divinationem, aliamve causam dirigit, aut quid eis immolat, vel thuris alteriusve rei fumigationes offert, nam Judæi reprehenduntur, quod pro Deo idola colebant, & pro azimis fermentum offerebant, ut testatur Card. Bellarm. de sacram. Eu 23 abarist. lib. 4. cap. 19. §. ult. proferebant sum. 3, aut alia quævis impietatis obse-

quia præstat, si etiam Christianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quovis modo, nefaria doceat, vel ad ea perpetranda perducatur, aut perducere tenet, ut in eadem const. 79. dicta pagin. 1306. §. si Dæmones Innocent. in eodem cap. quod super nu. 4. de vot. Felyn. in cap. 1. de const. Paris conf. 79. num. 24. & sequent. vol. 2. Burlat. eodem conf. 90. nu. 1. & direct. Inquis. cap. 46. numer. 4.

21 Sunt enim Judæi à Prælatibus, aliisque magistratibus coercendi, ne Christianam fidem blasphemis, vel malis persuasionibus, aut etiam apertis persecutionibus impediatur, Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 8. 1. respons. & contra facientes, aut hæreticalia inter Christianos dogmatizantes auctoritate ecclesiastica sunt compescendi, Innocent. in dicto cap. quod super ubi etiam Hostiens. de vo. & vot. redempt. & Burlat. d. conf. 90, num. 2, & 3, vol. 1.

22 Iudæus, qui apostatas, hæreticosve scienter domi suæ acceptaverit, aluerit, comætu juverit, seu quovis modo cibaria eis ubicunque præbuerit, deduxerit, seu associaverit, vel deducendos, seu associandos, curaverit, aut sumptus ministraverit, duces comitesve illis adjunxit, vel, ne ab eis perpetrata deprehendat, aut investigari queant, fecerit; quisque dictos apostatas, aut hæreticos, scienter, aliquo modo receptaverit, occultaverit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel favorem, quomodolibet, præstiterit, ab Ordinariis locorum; & Inquisitoribus pœnis est plectendus.

23 Cæteri vero ex Christianis hæreticorum fautores, si qui fuerint, quod absit, sunt ipso jure excommunicati, & alias pœnas

- pœnas incurrunt, de quibus in cap. excommunicamus, §. credentes, de hereticis, Aim. in direct. Inquisitor. par. 2. quest. 53. num. 5. & ibi Pegn. in comment. 78. §. & duodecim.
- 24 Libros etiam ꝑ hæreticos thalmodicos, aut alios Iudaicos, quomodolibet damnatos, aut aliàs prohibitos, tenentes, custodientes, vel divulgantes, aut in quæcunque loca deferentes, aut ad eam rem operam suam accommodantes, eidem Ordinariorum, & Inquisitorum iudicio subijciuntur, ut in eadem const. §. si 29 libros hereticos, ead. pag. 1306.
- 25 Si autem ꝑ Christianos deriserint, redemptionis nostræ hostiam salutarem in ara crucis immolatam Christum Dominum ludibrio, ac despectui habuerint, vel quandoque, maxime verò in sacro pasceves die agnum sive ovem, aut quid aliud cruci affixerint, aut appenderint, in eamvè conspuerint, seu quancunque contra ipsam fecerint, pro gravitate criminis eorundem Ordinariorum, & Inquisitorum iudicio pœnis sunt plectendi, ut in eadem pagina §. si Christianos.
- 26 Id ꝑ enim semper solemne fuit Hebræis, ut Christi genus vituperent, doctrinam improbent, vitam blasphement, miracula pervertant, & discipulos occidant, ut inquit D. Thomas super Isai. cap. 1. col. 5. cir. med. tom. 13.
- 27 Lege etiam canonica puniuntur, quando delinquant contra legem suam veteris testamenti, ut per Ioannem Andræ in cap. quod super his, il primo, de vot. quem citat, & sequitur Felyn. in cap. 1. num. 28. de constit.
- 28 Iudæis ꝑ publica officia committi non debent, neque Sarracenis, neque Paganis: quoniam subtili prætextu Christianis plurimum sunt infesti, conc. Tolera. 3. in cap. 14. relatum, in cap. nulla officia, 54. distin. & in cap. constituit, 17. quest. 4. cap. cum sit nimis, & cap. cum ex speciali de Iudæis & Sarrac. Sylvestr. in Sum. in ver. Iudæus, nu. 7. Honor. Papa primus in sua const. incipiens dilectus filius, §. item quod Iudæis, Alexand. conf. 13. attentis, num. 2. volum. 7. & ita etiam statuit Carol. II. Sicilia Rex, ut in cap. item statuimus, quod Iudæis, pagina 316.
- Ratio est, ꝑ quia sunt infames, & odiosi, eo quod insidientur fidei Christianæ, Roland. à Valle conf. 35. num. 9. & 16. volum. 2. Bero. conf. 28. num. 44. volum. 3. Nec etiam quodlibet aliud officium, seu commercium per quod Christianis aliquod gravamen ingeri possit, illis est committendum Abb. in eodem cap. ex speciali, 1. not. Vbi etiam Felyn. & Ancharan. conf. 271. num. 2. ver. ex hoc ergo, Nec illis cum Christianis ludere, aut comedere licet, ut capit. ad mensam, ubi glos. Io. de Turrecrem. num. 5. & Archid. num. 211. q. 3.
- Christianis enim ꝑ azima Iudæorum comedere prohibitum est, etiam seorsum ab eis, quia est cibus discretus ab eis, qui etiam inhibetur, & clericus contrafaciens est deponendus, laicus verò excommunicandus, c. nullus, & b. omnes 28. q. 1. & Sylvestr. in ver. Iudæus num. 2.
- ꝑ Præterea, quia doctoratus est dignitas, ideò, nec possunt Iudæi doctorari, Bart. in l. fin. C. de Iud. & Felyn. in cap. 1. numer. 4. eod. titul.
- 32 Sed si aliquibus in locis, & malè, in arte medica doctorentur, non possunt ad Christianorum ægrotantium curam accedere,

cedere, aut illis interesse, etiam vocati, & rogati. Nam medici Hebræi alijque infideles, id præstare prohibentur: si quis autem Christianus, quomodolibet exemptus, ac cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existens, in contrarium facere ausus fuerit, sacramenta ecclesiastica nullatenus sunt ei ministranda, nec etiam à regularibus exemptis, & sic decedens ecclesiastica carere debet sepultura, ut in *Constit. Gregor. XII. 71. in Bull. Roman. pag. 1303.* Ipsi etiam Iudæi transgressores pœnis sunt plectendi, ut in eadem constituitur circa fin. At nescio, quo modo satis tunc committant se, aut suos, dum ægri decumbant, Christianorum nonnulli perfidis Iudæis, qui Christiano nomini hostes sunt accerrimi. Nam, si Christum sunt persecuti, & nos persequentur.

Vnde † mortem profectò appetit, qui à Iudæo sanitatem quærit, *cap. qui sine, 27. quest. 2.* & qui se Iudæo committit, vitæ renunciat, *l. Princeps, C. de princ. agen. in reb. ut tenet etiam Rip. in tractat. de pest. num. 52. 53. & 54.* Vbi etiam acriter Christianos reprehendit, qui in suis morbis ad Iudæos medicos confugiunt.

Nam † bonus, & Christianus medicus ægrum monet, & hortatur ad implorandum Christi auxilium, & ad confessionem, & pœnitentiam, *cap. cum infirmitas, de pœn. & remiss.* imò adhæc medicus quisque Christianus tenetur sub gravibus pœnis, ut in *constit. Pij papa V. incipiens supra gregem.*

At, † quomodo hæc docebit Iudæus, qui Christo est inimicus, & qui prohibet Christi nomen invocare, ut per

Barr. in *proem. ff. num. 2.* quem citat, & sequitur Rip. *ibidem eodem num. 59.* non idè mirum, si plerumque sit, ut hujusmodi languentibus non detur convalescere, utpotè, qui verum medicum fugiunt, Rip. *ibid.*

36 Committens † autem Iudæo officium, monitione præmissa per provincialis concilium compesci debet. Iudæo verò officialij, tam diu Christianorum communitio in commercijs, & alijs est deneganda, donec in usum pauperum Christianorum, secundum providentiam diocesani Episcopi convertatur: quidquid à Christianis fuerit adeptus occasione officij sic suscepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreverenter assumpsit, ut eo. *cap. cum sit nimis, §. si quis autem, & ibi Abb. in princ. & Sylv. dist. n. 7.*

37 Eadem etiam ratione † neque hæreticis, calvinisticis, Hugonoticis, alijsque personis, quibuscumque nominibus nuncupentur, & cujuscumque fiat sectæ, ab Ecclesia Catholica, & Apostolica Romana damnata de quibus in *auth. Gazaros, in l. Arriani C. de hæret. & manich. & cap. penult. 24, quest. 3,* publica officia super Christianos committi debent, quia † hujusmodi nequissimi norum hominum genus crudelius, quàm Iudæi ipsi Christianos infestant, & audentius Christi fidem conantur evertere, & ob eam causam, sunt etiam ipsis Iudæis deteriores; quòd minus peccet, qui viam Domini non agnoscit, quàm qui post agnitam retrocedit, *cap. quidam de Apostat. cap. si resugientes, de pœnit. dist. 4, Rip. in dicto tract. de pest. de remed. ad curan. pest. num. 58.* Quare cum eadem ratio in hujusmodi nefarijs hominibus, quæ in Iudæis militet, & gravior

- vior idemque statui debet, Cravetta *cons.* 41  
183, num. 3.
- Ideo Innoc. III. Gregor. IX. &  
39 Paulus III. eosdem ¶ hæreticos eorum-  
que fautores, & illis credentes excom-  
municationis sententiam, & infamiam  
ipso facto incurrere voluerunt, & ad pu-  
blica, seu privata officia, vel consilia,  
aut dignitates inhabiles fore declara-  
runt, alijs poenis contra eosdem inflig-  
tis, de quibus per eundem Innoc. III. in Bull. Ro-  
ma cap. 2, pagina 2, Greg. IX. eod. Bull. cap.  
3, pag. 3, & Paul. IV. cap. 42, pag. 630, &  
seq.
- 40 Aliud etiam urget ¶ ne hæreticis offi-  
cia publica credantur, quia scilicet ipsi  
quocumque nomine censeantur, & cujus-  
cunque sectæ existant, sunt excommu-  
nicati, ut in cap. *excommunicamus* 1, in  
princ. de hæres. Paul. III. in Bull. Roman.  
eod. capite 42, pagina 630, & in Bull. Cœn.  
Domini num. 15, Navar. de cens. Eccles. cap.  
27, num. 55, tom. 1, & publicè sunt de-  
nunciati vigore ejusdem Bullæ Cœn. Do-  
mini, quæ singulis annis innovatur, &  
quinta feria majoris hebdomadæ solem-  
niter Romæ publicatur, quæ publicatio  
omnes afficit, ut Capella Tolos. decis.  
444. num. 2, quam sequitur Gomez. in  
procem. Reg. Cancell. & alij, in cap. 38, num.  
157, lib. 1, citati, & idè uti majore ex-  
communicatione innodati, & ab omni  
fidelium communione semoti sunt poeni-  
tus evitandi, tantùm abest, ut fidelibus  
præesse possint, Abb. in rubr. de sentent.  
excom. num. 3, vers. *quadam est excommuni-*  
*catio Sylvestr. in vers. excommunicatio, nu.*  
*1. & Navar. capite 27, num. 1. ver. major.*  
*verò tom. 1.*
- 41 Judæi verò ¶ sunt incapaces excommu-  
nicationis, quia non sunt in gremio Eccle-  
siæ. Hinc fit, ut magis cum Judæis, quàm  
cum excommunicatis hæreticis commu-  
nicare possimus.
- 42 ¶ Possunt tamen Judæi etiam indirectè  
excommunicari, Christianorum commer-  
cium, donec satisfecerint, illis interdica-  
do, *dist. cap. postulasti, in fin. & ibi Abbas,*  
*num. 4.*
- 43 Tolerantur autem Judæi ¶ non autem  
hæretici, quia Judæi nunquam susceperunt  
fidem Christianam, hæretici autem  
susceperunt: Judæi religionem colunt,  
quam Deus instituit saltem pro tempore,  
hæretici eam, quam diabolus eorum do-  
ctor invenit, secta Judæorum Ecclesiæ uti-  
lis est, quia eorum libri sunt Prophetiæ no-  
strarum, & eorum ceremoniæ figuræ no-  
strarum mysteriorum, quibus probamus,  
nos non finxisse hæc vaticinia, quando-  
quidem accuratè servantur à nostris inimi-  
cis, nec Judæi conantur pervertere Chri-  
stianos, ut plurimum, quemadmodum  
faciunt hæretici, ut post concil. Tolet. *can.*  
*55. 16. Aug. & Bernard. quos citat tenet*  
*Card. Bellarm. in 2. contr. gener. de laic.*  
*cap. 22. ad 3. arg. lib. 3. tom. 2.*
- 44 Et, quòd Judæi ¶ non sint ita detesta-  
biles, sicut hæretici, quia fides Judæorum  
habet principium veritatis, tenet Bald. in l.  
nullus, num. 4. C. de Sum. Trinit. & *fid. Catho.*  
*Felyn. in cap. consuluit, numer. 5. de Iudæ. &*  
*Sarrace. & Anchar. cons. 271. aliàs 266.*  
*numer. 2. vers. quarto si dicamus. Nihilomi-*  
*nus nutrices Christianas domi tenere pro-*  
*hibentur, cap. & si Iudæos, de Iudæ. & Sar-*  
*rac.*
- 45 Nec ¶ Episcopi dispensare possunt, ut  
O o o o illæ



illæ extra domos Judæorum habitantes eorum infantes lactare, & nutrire valeant

46 Et Christiani Iudæis, † Sarracenis, aut paganis fervientes, sunt excommunicandi, ut in cap. Iudæi, de Iuda. & Aufrer, de potestat. eccles. super sect. pers. vers. sexagesimo octavo, sub numer. 41. sunt enim & Iudæi de Ecclesia malignantium, sicut hæretici.

47 Hinc dicitur, † duplicem esse Ecclesiam.

Prima, & principalis triumphantium, in qua est status gloriæ sempiternæ, ut Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia Sanctorum. Psalm. 149. Prapof. in summ. 15. distinct. Dionys. Carthuf. de 4. novis. cap. 58. per tot. & Card. Aræcæli. de Symbo. Apost. cap. 34. sub littera E.

48 Secunda Ecclesia militantium, quæ est fidelium, & Catholicorum collectio, & congregatio Ecclesiastica cap. 3. in princip. cap. Ecclesia. de consecrat. distinct. 1. gloss. in capit. cum clerici, in ver. Ecclesia, in fin. de verb. signific. Tabien. in ver. Ecclesia, §. 1. in princip. in summ. theolog. par. 1. quest. 1. art. 3. dub. 3. vers. quartus locus, & idem Cardin. Aræcæli, eodem cap. 34. sub lit-

49 † Est etiam ecclesia malignantium, de qua David, inquit, odivi ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Psalm. 25. & cap. cum quibus, 24. quest. & hæc est ea congregatio, in qua conveniunt maligni, nempe dicti Iudæi, hæretici, schismatici, pagani, & similia, qui sunt extra gremium Ecclesiæ, & de qua loquebatur David de Philistæis, apud quos exul fuit, a quorum conversatione tamen abstinebat,

ut per Euthim. super eodem Psalm. 25. & de qua etiam Apocalyp. cap. 19. circa princip. ibi, qui judicavit de meretrice magna, quæ est ecclesia malignantium, ut per Dionys. Carth. de 4. nov. ar. 6. circ. fin. Rebuff. super concil. sub tit. de const. in princ. gloss. 1. & Malon. de Sac. Sind. cap. 7. in princ. Hæc est illa ecclesia seditionum flammis plena, quæ non à veritate, sed ab errore sumpsit principia. Illæ pacis æternæ Principem Dominum nostrum Jesum Christum habent auctorem, ista tenebrarum ducem diabolum, qui suas artes, dolos, & machinationes explicat, & versat assidue, ut sub Christo militantes exturbet: in hos suæ ipsius exacuit, vibrat, & contorquet spiculas, suosque immitit, & cruciat satellites, homines perditos, & crucis Christi inimicos, qui Christianam fidem confodiant, Iure merito igitur hujusmodi nefariorum hominum genera malignantium ecclesia vocitatur, quæ est à fidelibus quibusque viris evitanda, dicto cap. cum quibus, & c. notandum 24. quest. 3. cum contra nos semper Iudaica, paganica, & hæretica latrat infania, ut doctè scripsit Malon. eodem lib. 6. 15. sub num. 6. vers. Rupertus.

50 Sunt etiam † permixtæ Iudæis in dominiis Principum Christianorum Synagogæ antiquæ, quas etiam collapsas, & ruinam minantes restaurare possunt, non autem pretiosiores, aut ampliores eas exaltare licet, cap. Iudæi. ib. 1. cap. consuluit, de Iuda. & Sylvest. sub verb. Iudæis, num. 9. Novas autem erigere, aut antiquas funditus dirutas in locis, ubi fuerunt antiquæ, ædificare prohibentur, Abb. in eodem cap. consuluit, numer. 3. Flor. de S. Petro conf. 18. num. 14. & seq. ubi dicit † quod Synagoga apud Iebra-

Hebræos idem est, quod Ecclesia apud nos, & apud Sarracenos Mesquita, clem. unic. & ibi gloss. in verb. mesquites, de Iud. & Sarrac. quia sicut convocantur populi fideles ad Ecclesiam, ita Iudæi convocantur ad Synagogam, Bald. conf. 315. num. 3. Quare pro magno habere debent Iudæi, quod in veteribus Synagogis, & suis observantiis tolerentur, dicto cap. consultat, & ibi Abbas numer. 1. de Iud. & Sarrac. qui autem, etiam sine alia prava intentione facit, aut reficit idola apud Indos, aut Synagogas apud Iudæos, aut Mesquitas apud Mahumetanos, aut pagana templa apud paganos, aut hæretica apud hæreticos, aut aliquid aliud facit, cuius principalis usus sit peccatum mortale, mortaliter peccat, Navar. in Manual. cap. 14. nu. 31. alias 36. Iudæus tamen admittens orantes in ædibus propriis, & deputans locum ad orandum cum luminaribus, & candelis non dicitur Synagogam erigere, quia, quod de erigenda Synagoga dicitur, de publica est intelligendum, ut post Bald. in dict. conf. 422. num. 8. lib. 5. quem citat tenet, idem Card. Tulch. ibidem num. 5.

52 Non tamen hic prætermittam, octo esse Hebræis permilla, & reliqua omnia prohibita.

Primò, quod habeant synagogas publicas solitas, & oratoria particularia.

Secundò, quod eorum ceremonias, & ritus servant, & non possint in eis turbari.

Tertiò, conveniunt cum Christianis, in ijs, quæ insunt permilla, & licita.

Quartò, non sunt molestandi, si sint obedientes.

55 Quintò, non sunt compellendi ad eadem.

Sextò, non vulnerandi sine medio iustitiæ,

Septimò, non exhumandi ex eorum cæmeteriis.

Octavò, ita admittantur ad prædicta, quatenus non excedant, Bald. conf. 316. per tot. lib. 1. Idem Tulch. ibidem numer. 6. Alia quædam de Iudæis, & de pœnis, quas incurunt, scripsi in cap. 25. numer. 112. usque infim. tom. 1. ad quæ lectorem remississe, sufficiat.

53 Hæretici autem tam de jure Cæsareo, quàm canonico synagogas, aut alia loca, in quibus conveniant, aut ad litanias faciendas nocte, vel die, sive sub ecclesiarum nomine, sive in privatis ædibus vel locis habere prohibentur, quia eorum conventicula non ecclesiæ, sed conciliabula appellanda sunt, l. cuncti hæretici, & ibi Salic. C. de heret. & manich. l. conventicula, ubi etiam Bald. de Episc. & cler. & cap. clericius, 24. quest. 3. & de hæreticis, eorumque criminibus & pœnis scripsi in cap. 37. tom. 1. & videndus est direct. Inquis. cum ibi citatis per Pegn. in 2. par. lib. 2. Schol. 43. 44. & seq. & par. 3. lib. 3. Schol. 151. & seq.

54 Mesquitas etiam tam in universo Christiani- fidelium dominio Sarracenis habere est prohibitum, quoniam ipsi non unum Deum verum, sed perfidum, & facinorosum Mahumetum colunt, & diebus singulis certis horis in loco aliquo eminenti ejul- dem Mahumeti nomen alta voce invocant, extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profitentur, Clem. unic. de Iudæis & Sarrac. & Lud. Roman. lib. 6. cap. 35. & 36.

Fuit enim Mahumetes Arabs genere, ut

Oooo 2 resta-

testatur Faccius vetustus poëta Florenti-  
nus *lib. 5. cap. 10.* dum inquit.

*Di vil prosapia povero, è soletto,*

*Nacque costui nel Arabico seno:*

*Abdimonepoli sù il suo padre detto:*

Militavit inter populares tuos Arabes,  
sub Heraclio Imperatore circa annos Do-

mini 612. Quo tempore initium ei dedit  
Arabum perfidia, qui irati Heraclio, ab eo  
defecerunt, ut per Peniam, qui de errori-  
bus Sarrac. scribit in eodem directi. In-  
quisitor. eadem 2. par. lib. 2.

Schol. 37.

FINIS.



I N D E X.